



**Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen  
omnium Trochiscorum Vnguentorum, Ceratorum,  
Emplastrorum, Cataplasmatumque, & Collyriorum**

**Brasavola, Antonio Musa**

**Venetiis, MDLI**

Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen omnium Vngentorum,  
quoru[m] apud Ferrarie[n]ses pharmacopolas vsus est.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70720](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70720)

I  
II  
III  
IV  
V  
VI  
VII  
VIII  
IX  
X  
XI  
XII  
XIII  
XIV  
XV  
XVI  
XVII  
XVIII  
XIX  
XX  
XXI

ANTONII MVSÆ

BRASAVOLI

Medici Ferrariensis

Examen omnium Vnguentorum,  
quorū apud Ferrariēses pharmacopolas  
vfus est:

AD ILLVSTRISS. AC PVDICISS.

VIRGINEM

LVCRETIAM ESTENSEM.



AD ILLUSTRIS. AC PUDICISS.

Virginem LUCRETIAM Estensem

Hieronymus Brasauolus.

**S**icut inter antiquiores Romanas matronas nobilissima uirgo Lucretia illa pudicitiae specimen inter tot eiusdem cui mulieres omni honore digna existimabatur, ita & nostris huiusmodi tu ipsa LUCRETIA ESTENSIS inter nostrates, ac uirtute praeditas uirgines primum locum proculdubio obtines: nam non solum omnibus animi, ac ingenij dotibus (absit assentatio) es praedita: uerum & in graecis, ac latinis literis adeo profecisti, ut nemini sis in his qui tuam agunt etatem secunda: in clementia uero, liberalitate, pudicitia, ac reliquis animi moribus caeteras adeo superas, ut oes te amare, uenerari, ac suspicere cogas. De corporis autem dotibus mihi nihil attinet dicere, quonia haec ad naturam spectant, quae te tam pulchram, tamq; decoram effecit, ut nulla unquam fuerit, neq; sit in praesentiarum, neque in posterum futura sit, quam pulchritudine, & decoris gratia non excedas. Nulla igitur admiratione afficiaris Illustrissima Virgo, si ego in cuius manibus est patris mei libellus imprimendus, illum tibi dicere statuerim, quoniam & longe maiori munere digna es, utpote quae omnes pulchritudine, doctrina, ac uirtutibus moralibus excedis. Accipe igitur Virgo Illustrissima munusculum hoc, quod ab eo qui te summo opere diligit, ac obseruat, prodit. Vale.

Antonij

## ANTONII MUSAE

BRASAVOLI

MEDICI FERRARIENSIS

Examen omnium VNGVENTORVM,  
 quorū apud Ferrarienses pharmacopolas  
 usus est.

SENE X BRASAVOLVS.

**Q**uid agis mi Antoni? ad te nunquam accedo  
 quin libros euoluētem, ac legentem inueniā.  
 BRAS. Hoc modo misera hęc, et infœlix  
 uita traducenda est, ut nunquā in otio sit,  
 ne torpore marcescat. SE. At quid illud est quod nunc  
 prae manibus habes? libellus uidei manu scriptus. BRA=  
 SAVOL. Nugas quasdam pueriles legebam, de insigni  
 Hieronymi Brasauoli amitini mei. SE. Quodnam in=  
 signe? BRAS. Murex, nunc eius Encomium, ac natu=  
 rā legebam. SENEX. Quid per muricem intelligis?  
 BRAS. Egregium corpus quatuor acuminibus con=  
 stans, ad maximos rerum effectus ortum: nam unusquis=  
 que eius situs quod seq debeat ostendit, hoc est omnē  
 obliquam spurcitiā, & inquinamenta euitare. SE.  
 Mihi pergratum feceris, si huius muricis naturam ape=  
 rire non grauaberis. BRAS. Hoc fieri nequit nisi à di=  
 uisione quadam mathematicarum rerum exordiamur.  
 SE. Ut lubet facito. BRAS. Duplex est mathema=  
 tica pars, discreta, hęc in numeris, et oratiōe consistēs,  
 continua, illa quę circa magnitudines uersatur, cuius in=  
 i

l ij tia

tia paucis ad quadrangulum usque percurrenda sunt. SE.  
 Forte ad hoc usque peruenire oportet, quia murex qua-  
 tuor angulis constat. BRAS. Rem ipsam prorsus uat-  
 ticinatus es. SEN. Sequaris igitur obsecro. BRAS.  
 Punctum geometrie initium est, et rerum quae huic sci-  
 entiae supponuntur: quod in primo Elementorum ita de-  
 finiuit Euclides, punctum est cuius pars non est, quam de-  
 finitionem Censorinus decimo nono operis De die nata-  
 li capite secutus est. Boetius uero e graeco in latinum hoc  
 modo interpretatus est, punctum est cuius nulla pars est.  
 SE. Punctum ita definiiri semper audiui. BRAS.  
 Tibi forte mirum uideretur, si definitionem hanc absur-  
 dam esse demonstrare. SE. Immo mirificum. RRA-  
 SAVOL. Philosophi definitiones illas uanas esse arbi-  
 trantur, quae definito pressiores sunt, uel plus comple-  
 ctuntur, at cuiuscemodi definitio plus continet quam opus  
 sit, iccirco uana est. SE. Quodnam continet amplius  
 quam continere deberet? BRAS. Multa, nam Deus  
 est cuius pars non est: Deus igitur punctum est. SE. Nec  
 ego dubito Deum esse punctum cuncta complectentem.  
 BRAS. Tamen non est mathematicum punctum. In-  
 telligentiae praeterea sunt, cuius partes non sunt, et eius-  
 modi generis anima esse dicitur. SE. Et haec indiuisibi-  
 lia sunt. BRAS. Tamen ipsis geometrici puncti defi-  
 nitio quadrare non debet. Immo adde, et unitatem id est  
 se cuius pars non est, tamen unitas in diuerso genere a pun-  
 cto continetur, aut igitur unitas punctum est, aut defini-  
 tio alteri competit a definito. SE. In puncti definitione  
 subintelligitur habere positionem, qua unitas caret.  
 BRAS. At hoc ab authore ipso expressum non est, de-  
 niq;

niq; res fictitiæ, quas philosophi chimæras uocant, sunt  
cuius partes non sunt: erunt igitur puncta, quod absur-  
dum esse nemo dubitat. chimæras uero appellant, qualis  
illa, quam poeta tertio Aeneidos libro refert, et scyllam  
nominat, cum ait.

Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo 30  
Pube tenus, postrema immani corpore pistris. 30  
Delphinum caudas utero commissa luporum. 30  
Harpyias præterea eodem loco ita describit,  
Virginei uolucrum uultus, foedissima uentris 30  
Proluuiæ unæq; manus, & pallida semper 30  
Ora fame. 30  
Pingit & in septimo libro Alecti formam his uerbis  
Odit & ipse pater Pluton, odere sorores 30  
Tartaræ monstrum. tot se se uertit in ora: 30  
Tam sceuæ facies: tot pullulat atra colubris. 30  
Horatius Flaccus in initio libri de Arte poetica fictitiū  
illud monstrum fingit.  
Humano capiti ceruicem pictor equinam 30  
Iungere si uelit, & uarias inducere plumas, 30  
Vndiq; collatis membris, ut turpiter atrum 30  
Destinat in piscem, mulier formosa superne, 30  
Adde sexto Aeneidos libro omnia fere fictitia enumera-  
ri, cum poeta ait  
Centauri in foribus stabulant, scyllæq; biformes, 30  
Et centum geminus Briareus, ac bellua lernæ 30  
Horrendum stridens, flammisq; armata chimæra, 30  
Gorgones, Harpyiæq; & forma tricorporis umbræ. 30  
At recentiores illam potissimum chimæram uocāt, que  
ita à Lucretio describitur.

20 Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra.  
 Hæc omnia quæ enarrata sunt puncta esse uidebuntur,  
 cum eorum nullæ partes sint. SE. Cum chimæra nihil  
 penitus sint, absurdū est dicere, chimæra est cuius pars  
 nō est, nam chimæra esse dicimus, quæ re nō est, sed solo  
 intellectu cōcipitur. BRAS. Hanc solutionem absur-  
 dam esse ita ostēdo. Aristoteles in libro primo Posterio-  
 rum dicit, definitionem positionē esse, non propositio-  
 nem, uerbum igitur est, in definitione acceptum, enun-  
 tiatiue sumptum non est, nihil igitur impedit si dicamus  
 chimæra est cuius pars non est cum uerbum, est, chimæ-  
 ram esse non ponat, præterea in secundo de Interpre-  
 tatione libro ab Aristotele docetur Homero etiam non  
 existente propositionem illam uerā esse Homerus est  
 poeta, q̄ absurdum esset, si uerbum est, enuntiatue sum-  
 meretur, cum hoc uero similitudinē habet, chimæra est  
 cuius pars non est. SE. Arbitrabar propositionem il-  
 lam esse falsam Homerus est poeta, nisi Aristoteles ue-  
 ram esse asseuerasset. BRAS. Frequentissimus etiā  
 est apud Philosophos huius propositionis usus, chimæra  
 est ens fictitium, quam uti uerā recipiunt, igitur & hæc  
 uera censenda est, chimæra est cuius pars nō est, cum in  
 utraq; propositione chimæra perimatur, hæc Hammo-  
 nius in Prædicamentorum commentarijs cōtemplatus  
 puncti definitionem sua sponte absurdam esse fassus est.  
 SE. Quæ igitur uera erit, & cōueniens puncti defini-  
 tio? BRAS. Stoici definitionē quādam præbent, quæ  
 huic proposito cōmoda esse uidebitur, nimirum dicunt,  
 punctū est lineæ finis, notaq; minima. SE. Cur potius  
 principio quàm fine non definiunt? Adde minimum

non

non semper esse indiuisibile. BRAS. Per finem extre-  
 ma intelligunt, hoc est ipsius lineæ terminos, & per mi-  
 nimum indiuisibile intelligunt. SE. Ad rem ipsam re-  
 deamus. BRAS. Vt lubet. In puncti definitione aut  
 lapsus est Euclides (quis autem aliquando non labitur)  
 aut ipsius definitio in glossematibus in aliū sensum dedu-  
 cenda. punctum hoc modo definiendum esse arbitror,  
 punctum est continuæ quātitatis initium, cuius pars non  
 est, uel partibus carens, quod sub alijs uerbis, sed sub eo-  
 dem sensu ab Alberto cognomento Magno in suis Præ-  
 dicamentorum commentarijs definitur. SE. Alberti  
 uerba libenter audirem. BRAS. Audito, ita ille dicit,  
 punctum est indiuisibile habens positionem. SE. Intel-  
 ligentiæ positionē habent, & indiuisibiles sunt, ergo in-  
 telligentiæ puncta erunt. BRAS. Diuus Thomas pri-  
 ma parte Summæ theologiæ, quæstione quinquagesima  
 secunda articulo primo, et in primo suarum quæstionū  
 Quolibet uocatarū quæstione tertia ad quartum intel-  
 ligentiæ positione carere ostēdit. SE. His prætermis-  
 sis rem ipsam prosequaris. BRAS. Aristoteles in pri-  
 mo de Anima libro sectione sexagesima octaua antiquio-  
 res refert qui lineā ex ductu puncti fieri arbitrati sunt,  
 immo & illos reprehendit, quia & animam unitatem  
 esse censuerunt. At inquit qua ratione id astruere pos-  
 sunt, quia anima positionem habet, punctum igitur est,  
 & non unitas, at fluens punctum lineam suo ductu perfi-  
 cit, anima igitur non quidem actiones proprias, sed li-  
 neam faciet. SE. Non mihi uidetur magnifaciendum  
 argumentum. BRAS. Neq; magni momenti est nisi  
 aduersus illos qui animam punctum esse uel unitatem fa-



teretur. Adde positionem habere puncti definitionem ingredi, ut per hoc ab unitate separetur, unde punctum ex omni parte dimensionibus caret, neque enim longum est, neque latum, neque profundum. si uero fieri posset ut punctum colore aliquo coloratum duceretur, linea resularet, quam oculis presentem uideremus, at cum re ipsa hæc fieri non possint, satis erit hæc imaginatione ac cogitatione contemplari, est uero linea longitudo absque latitudine, & profunditate, est linea ductu planum, id est superficies efficitur, unde superficies longitudo est ac latitudo absque profunditate. SEN. Euclides lineam his uerbis definire uidetur, est longitudo absque latitudine, & profunditate, cuius extrema sunt duo puncta. BRAS. Ita profecto definiuit Euclides, sed audias definitionis errorem, nam omnibus lineis non competit, cum illis tamen competere deberet. SE. Quomodo hoc suadebis? BRAS. En infinitarum linearum extrema non sunt duo puncta, cum infinita linea extremis careant, quo argumento & Diuus Thomas usus est prima parte Summæ questione octuagesima quinta articulo octauo ad secundum. SE. Linea infinita sub linea definitione haud contineri debet. BRAS. Hoc absurdum est, quia communissima est linea definitio, quæ omnibus lineis accommodari debet. Adde et circulearem lineam à definitione excludi, cum & extremis careat, & duobus in extremis punctis. SE. Nonnullos audiui dicentes circulearem lineam puncta uirtute solum continere. BRAS. At absurde loqui uidentur, quoniam æque dicere potuisset, linea est longitudo sine punctis. SE. Quomodo id fieri poterat, cum actu puncta habeat linea recta? BRAS. Dicam  
his

his potestate carere, ut dici debeat, linea est longitudo  
 sine punctis in potentia. SE. Possset ne excusari Eucli-  
 des? BRAS. Quid impedit? nam nullus est Euclidis  
 error, sed interpretis, uel potius interemptoris, aut eo-  
 rum qui libros formulis excudunt inscitia literarum,  
 inopiaq; iudicij, ab Euclide nimirum scriptum est,  
 γραμμὴ δὲ μῆκος ἀπλατῆς, id est linea uero longitu-  
 do est absq; latitudine. in aliquibus codicibus additur  
 sine latitudine, et profunditate, in aliquibus solum adest  
 hac particula sine latitudine, & abest particula & pro-  
 funditate, at contextus quem habemus solum habet uer-  
 ba illa, quæ ex authore adduximus, author uero post  
 definitionē statim addit, γραμμῆς δὲ περὶ τὰ σημεῖα,  
 id est lineæ autem extrema sunt puncta, hæc autē uerba  
 non sunt definitioni coniungenda, sed ab authore post  
 definitionem addita sunt, ut finem atq; finitarum lineæ-  
 rum terminos afferret, hoc nō solum Græcus cōtextus  
 ostendit, sed & uulgata passim Boetij interpretatio, &  
 Gellius unā in primo libro capite uigesimo. Scito præ-  
 terea uerbum illud sine latitudine Græce esse ἀπλατῆς,  
 quod nonnulli interpretantur illatibilis, quibus minime  
 assentio, cum linea eatenus (ut illorum uerbis utar) lata-  
 bilis sit, quatenus superficies euadat. SE. Arbitror et  
 addendam esse lineæ definitioni profunditatem, si linea  
 in profundum absq; latitudine ducatur. BRAS. Re-  
 spondemus lineam in profundū duci nō posse, nisi prius  
 in latus profluxerit, nam profunditas sine latitudine  
 longitudo est, cū ex primo puncti ductu longitudo fiat,  
 ex secundo unde uis factō latitudo, ex tertio deinde pro-  
 funditas. SE. Legi Sipontinū Episcopum in suo Cor-  
 nucopio

nucopio

nucopio inscripto libro Euclidis definitionem adducen-  
 tem, atque dicentem ex puncti fluxu corpus unius di-  
 mensionis fieri. BRAS. Hic est maximus apud philo-  
 sophos error, qui tribus dimensionibus corpus constare  
 arbitrantur, nisi idem per corpus intelligere uoluerit  
 quod & per hoc nomen res exprimitur. SE. Hæc ex-  
 cusatio cōueniens non uidetur, quia in eo loco secundum  
 mathematicos uerba facit, qui nunquam corpus uocat  
 nisi tribus dimensionibus cōstitutum sit. Adde fluentem  
 lineam superficiem inducere (hæc uero in intellectu so-  
 lo concipiente intelligenda sunt) Auerroe tertio Physi-  
 corum libro sectione sexagesima prima dicente, hoc esse  
 de capitulo propositionū opinabilium, quæ sunt quasi  
 fundamenta geometriæ, nam ipsa linea oblonga est lati-  
 tudine, & profunditate carens, si uero linea fluat super-  
 ficiem efficit, quam definiunt esse longitudinem, ac lati-  
 tudinem absq; profunditate, cuius extrema sunt duæ li-  
 neæ. SE. Eadem argumenta quæ lineæ definitionem  
 reprehendebant uidentur posse & superficiæ definitio-  
 nem reprehendere, quia circularis superficies, & infi-  
 nita in extremis lineas non habent. BRAS. Respon-  
 dere possem de infinitis nihil loquendum esse, cum infini-  
 tum nihil sit, neq; in rerum natura inueniri possit. SE.  
 At solutionē hanc reprehendam, quoniā unius prædica-  
 menti differentia inueniri non potest nisi & differen-  
 tia sibi opposita inueniatur, at in quātitatis prædicamē-  
 to finitum inuenitur, igitur & in eodem prædicamento  
 infinitum inueniri oportet, adde Aristotelem in tertio  
 de Anima libro scriptū reliquisse intellectū omnia scire,  
 & omnia cogitare, igitur si mathematici animi ui-  
 gilantiam

gilantiam adhibuerint, infinitum assequi posse non ue=  
 rēdum. BRAS. At idem Aristoteles in tertio de Phy=  
 sico auditu libro censuit omne corpus siue naturale, siue  
 mathematicū sit esse finitum, nā corporis ratio est esse  
 planitie terminatum, igitur & lineæ, & superficies in  
 suis constabunt terminis, & non erunt infinitæ. SE.  
 Aristoteles hoc intelligit re ipsa quòd corpora omnia  
 sint finita, non autem imaginatione, ac cogitatione.  
 BRAS. Idem Sipontinus Episcopus inquit, si lineā ge=  
 minemus, alterum mathematicum corpus effici, quod  
 duabus dimensionibus cōstat. SE. Verba hæc & Phi=  
 losopho, & naturæ aduersari uidentur, ut nunc rationi  
 bus probabo, nam duæ istæ lineæ ex quibus corpus illud  
 efficitur sunt ne continuæ, an contiguæ? BRAS. Nec  
 unum nec alterum esse possunt. SE. Probè quidē dicis,  
 nam si contiguas esse diceret, absurde loqueretur, quia  
 illa quæ contigua sunt partes habent quibus se contan=  
 gant, at lineæ nullas habet penes latitudinem partes, sed  
 solum penes longitudinem, Philosophi uero contiguum  
 uocant cuius partes se cōtangunt, si uero duas has lineas  
 continuas esse cōtendat, en quo errore ducatur, quoniā  
 aut pars parti, aut totum toto coniungitur, non quidem  
 pars parti, quia lineæ secundum latitudinē partibus ca=  
 ret, at si totum toto cum utræq; lineæ secundum latitudi=  
 nem sint indiuisibiles, ex ipsis duabus iūctis nihil maius  
 eueniet, nā iuxta Aristotelem indiuisibile additum indi=  
 uisibili nō facit maius. præterea continui definitio, quæ  
 est cōtinuum esse diuisibile in infinitum, absurda esset,  
 si huius authoris sententiam ueram esse fateremur, nam  
 diuidentibus indiuisibilia statim occurrerent. BRAS.

Denique

Deniq; superficie data corpus efficitur, q; trina dimen-  
sione, hoc est longitudine, latitudine, & profunditate  
constat. Inquit uir ille (doctus alioqui) corpus ex qua-  
tuor lineis confici, cum duabus aliis duas supponuntur,  
tunc enim corpus fit q; à Græcis στερεόν, id est solidum à  
nostris quadratū appellatur, & huius denominationis  
rationē reddit, quia sex latera habet, hæc uero à Gellio  
primo libro capite uigesimo pro parte accepit. SEN.  
Argumenta illa, quæ suadebant ex lineis superficie non  
fieri, idonea sunt ut prædictam sententiam deiciant.  
BRAS. Forte diceret se intellexisse lineas esse plano-  
rum terminos, non quòd illas suo contactu efficiat. SE.  
Hæc non est digna excusatio, quia planis inquit uerbis  
duas lineas super alias duas poni ad corpus ipsum confi-  
ciendum, ut de his intelligere ostendat, quæ unà coniun-  
ctæ sunt. BRAS. Sed alio errore ducitur, cum ait id  
q; ex hoc linearum contactu efficitur cubum esse, nam  
& si sex lateribus constet, nihil tamen fieri prohibuit  
huius figuræ costas inæquales esse, cubus autē id est (ut  
in numeris nunc loquamur) quod ex ductu numeri in se  
ipsum per se ipsum euenit, ut ter tria ter uiginti septem  
efficiunt, qui numerus. s. uiginti septem, est ternarij nu-  
meri cubus, idem in figura spectare oportet aucta ex  
se ipsa in se ipsam quātitate, ut contigit cum apud Athe-  
nienses pestilentia uigeret, ab Appolinis oraculo respo-  
sum fuit sedaturam pestilentiam si altaris cubus multi-  
plicaretur, ipsi cubum alium eiusdem magnitudinis al-  
tari addidere, at pestilentia adhuc uigebat, & uiguit,  
quoad mathematicus quispiam admoneret multiplican-  
dum esse altaris cubū per se ipsum in se ipsum, itaq; effi-

Etum

Etum est, & pestilentia cessauit, cum uero ad huius nego-  
 cij rationē satis dictū esse uideatur, quæ dicta sunt bre-  
 uibus repetere oportet. ex fluente puncto fit linea, ex  
 ducta linea superficies, ex superficie eleuata uel depressa  
 corpus. S E. Cū toties de puncto mētio facta sit, optarē  
 in hoc Horatij carmine qd punctum significēt edoceri.

Omne tulit punctum qui miscuit, utile dulci. »

BRAS. Generalis est interpretum expositio de suf-  
 fragijs Horatium intelligere, ut poeta ille omne tulerit  
 punctum, id est suffragium, qui iucunde in suis poema-  
 tibus fabulas connexuerit, & iocos, nec non & probos  
 ac sanctos mores, et rerū naturas miscuerit. S E. Hæc  
 interpretatio mihi conuenire non uidetur. BRAS.  
 Illa fortē tibi non displicebit quæ apud Platonem inue-  
 nitur duodecimo de Legibus libro, ubi Atheniensis Cli-  
 niam admonet qualis debeat esse in gubernanda Repu-  
 blica, & inquit. Quod trito prouerbio fertur, id nobis »  
 amici nunc communiter competit, ac si de uniuersa re- »  
 publica periculum subire uelimus, facienda omnia sunt »  
 ita ut ter sex uel tres talos iaciamus. Erasmus in Prouer- »  
 bijster tres legisse uidetur, de quo mirandum est, cum  
 Plato ter sex sua lingua scriptum reliquerit, inquit  
 enim ἢ τρεῖς ἕξ Φασι, ἢ τρεῖς κύβους βαλλόντα, anti-  
 quiores nimirum tribus tessaris in lusibus utebātur, (ut  
 nunc etiam fit) undiq; tamen inscriptis, nōnullosq; alios  
 habebant ludēdi modos, cum enim tres aut quatuor unā  
 colluderent æqualem numerum deponebant, postea  
 taxillos iaciebant, si quis unitatem deprompsisset, modo  
 senio abesset numorum depositorū cumulo numum ad-  
 debat, qui uero ter sex iaciebat, omnes superlucraba-  
 tur

tur

tur nummos, in tessaris enim nullus erat maior numerus isto, Horatius forte in hoc sensu intellexit, omne tulit punctum, id est ter sex iecit, quo numerus alter in astragalus maior inueniri nequit, hoc est is omnes superauit, qui miscuit utile dulci. nostri hunc lusum Raffa nescio quo nomine appellant, nisi quia aequalia in omnibus tessaris puncta iacentes uniuersam depositam pecuniam rapiant, antiqui uero in senario tantum uinci permittebant, nostri & in cane sinunt uinci, modo tres ipsae tesserae canem in superficie ostendant, at semper apud antiquos canes erant damnosi, propterea ab Ouidio decantatum est,

Quid ualeant tali, quo possis plurima iactu

« Tingere damnosas effugasq; canes,

« Canem uero pro unione accipiebant, in opposito latere senio aderat, & in latere Veneris effigies, Nec deerant apud antiquos tesserae undiq; non inscriptae, quales & nunc illae sunt quas uulgus talos farinae, forte ob albedinem laterum non signatorum, nuncupat, de quibus in libello de Astragalorum ac tesserarum ludis differemus, nunc ad rem ipsam redeamus. Plato in ciuitate horum hominum coetus, qui aetate, doctrina, moribus, consuetudine ad custodiam idonei sunt constituit, inde quae discenda sunt, ipsa praeterea, in quibus percipere oportet singula frustra scribentur, neque enim possunt ipsi qui discant, cognoscere quando quid oportune discat, atque in eorum animo rei ipsius scientia sit, quae igitur in his palam dici non possunt non recte tentantur, dici autem non possunt inquam quoniam si dicantur, nihil planius explicant, interrogat autem Clinias hospitem Atheniensem, quid

igitur

igitur agendum sit, in his rebus, quæ palam dici non possunt? Atheniensis respondet, omnia sunt facienda, id est totum animum, totam mentem in his ponere debemus quemadmodum si res publica subiret periculum, ponemus ita ut ter sex, uel tres talos iaciamus, id est catenus apponendus est animus, uiresque intendendæ quatenus totum perfecimus, ut Horatius in hoc sensu loquatur. SE. Erasmus aliter Platonem præscripto loco interpretatur. BRAS. Ceterum in periculis, ac summis laboribus mulieres nostræ idem ferè usurpant adagium cum iquiut duo de uiginti iecit, nostra uero materna lingua, l'ha buttà disdotto. SE. Ex his quæ superius dicta sunt noua quædam huius carminis succurrit expositio, fluës punctum lineam, hæc superficiem, ista corpus efficit, at nihil est (demptis intelligentijs) quin uel corpus, uel in corpore sit, corpus uero à puncto ceu à quodam primo emanauit, ut ducere punctum apud Platonem in paremiã cesserit, pro eo quod est oia facere, ut Horatij sensus sit, Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci. 20  
i. oia fecit poeta ille, q. utile carmẽ, tabellis dulcibus intermiscuit. BRAS. Non est despicienda expositio præsertim à pharmacopola inuẽta, de his uero plus satis, Ad id quod est huius libri caput redeamus. SEN. Prosequaris ut lubet. BRAS. Ex lineis figuræ constituuntur, è superficiebus corpora, ut geometriæ figuram hac definitione pfecerint, figura est q. termino uel terminis clauditur, omnium uero figurarum simplicissima est circularis, quæ una linea cõstituta est, eandem in simplicitate sequitur oualis ab oui figura nuncupata, & ex duabus minoribus semicirculi portionibus constituta, quamquam



quãquam figuras aliter diuiferit Gellius primo Noctiu  
atticarum libro capite uigesimo, et Cēforinus uigesimo  
etiam capite sui libri de Die natali, æque et superficies,  
rotunda corpora constituunt, et forma oui referta, tri-  
angularia, utque in summa dicam, omnia plurium angu-  
lorum corpora efficiunt, pluriangulæ figuræ ouales se-  
quuntur, quamuis & ipsæ ouales angulorum quandam  
speciem præ se ferre uideantur, inter has uero pluriangulas  
figuras cœteris simpliciores sunt triangulares,  
quas in huius sermonis initio pertractemus oportet,  
aures igitur dicendis accomoda. SE. Iam accomodauit,  
et pileum ab ipsis remouit. BRAS. Triangulus figura  
est tribus lineis circōposita qualis hæc est quæ sequitur  
 $\triangle$ . SE. Quot trianguli species à philosophis insti-  
tuuntur? BRAS. Tres æquilaterus, isosceles, et sca-  
lenon, prima species lineas omnes æquales habet, secūda  
duas tantum habet æquales, et reliquam inæqualem, ter-  
tia omnes habet inæquales. SE. Ut hæc quæ enarrasti  
facilius percipiatur, horū formulas subscribere libuit,  
æquilaterus.  $\triangle$ . Isosceles.  $\triangle$ . Scalenon.  $\triangle$ .  
BRAS. Has formulas præsignandi labore me leuasti,  
scito autem angulum ab incidentibus lineis constitui quæ  
rectum uocant si à recta linea supra rectam incidentem  
& non oblique fiat, acutum si modice sit recto minor,  
obtusum si recto maior euadat. SE. Neq; in præsen-  
tiarum horum exēpla præteribo.  $\perp$ . angulus rectus.  
 $\sphericalangle$ . angulus acutus.  $\sphericalangle$ . angulus obtusus. BRAS.  
Rogo diligenter auscultes quatuor triāgulis æqualiteri-  
bus unā coniunctis tetragonum corpus efficitur, quod  
undecūque iacueris recto acumine sistit, tribus pro basi  
subiectis

subiectis. SE. Hinc arbitror priscos illos Romanorum  
 Duces murices excogitasse, dura militum uasimenta,  
 quibus in castra, aut naues ceu semina iactis equorum,  
 & hominum pedibus auersantur, utile iactoribus instru-  
 mentum, hos uero sollicitat in quorum dispendio semi-  
 natur. BRAS. De hoc murice nunc loquar, & ita  
 commentabor, ut neque sine uoluptate, neque sine fru-  
 ctu sis auditorus. SE. Hæc attentius quã aliàs unquã  
 expecto. BRAS. Murex omnes tetragoni partes  
 non habet, iccirco illo perfectior redditur, tetragonus  
 etenim ratione qua ad mathematicum spectat, nullam  
 materiam sibi asciscit, ut mathematicarum rerum con-  
 suetudo est, Auerroe quarto de Physica auscultatione li-  
 bro sectione quinquagesima prima dicente. Vacuum &  
 mathematicum corpus haud differre, murex uero ex  
 ostrea cuiusdam aculeate qua panos inficiunt similitu-  
 dine dictus est, uulgo tribulus uocatur, non ut aliqui pu-  
 tant, quia tribulet, & mortalibus malum incutiat sed  
 à cuiuspiam seminis uestigio in senticetis orti, eò est à  
 materia semotior tetragono, quò magis excauatus, &  
 quò excauatior mathematicæ speculationi propinquior,  
 tamen eiusdem generis sunt, idest quatuor sunt angulo-  
 rum corpora, sed non pauca de tetragono exordiemur,  
 quæ de murice dicta esse putato. Tetragonum corpus  
 cæteris sine controuersa angulos habentibus perfectius  
 est, ob eius naturã orbiculari corpori propinquã, nam  
 in se ipsum quasi circulus, aut sphaera reuertitur, ac re-  
 giratur. SE. Adde angulorum numerum præstan-  
 tiam huic corpori addere. BRAS. Non ab re dicis,  
 nam quaternarius est pariter par, in numeri ratioe tri-

no perfectior. SE. Hac in re audiendi non sunt quidam male feriatu uiri, qui numeri perfectionem à rebus numeratis accipiunt. BRAS. Verum si nos hæc assidue pertractemus, tetragonum ex numeri substantia perfectionem summere deprehendemus, quæ partim in diuisione consistit, ut aliàs suo loco docuimus. SE. Immo & si à rebus ipsis numeros locupletari libeat, quid erit quaternario perfectius? quo elementa metimur, anni tempora, mensium hebdomadas, elementorum qualitates, hominum humores, & eorundem ætates, quatuor rerum formas: esse in quâ, uegetari, sentire, ratiocinari, uiuere, Ecclesie doctores, sacri mysterij Euangelistas, quatuor mundi partes, lunæ quadrans, dentes gelasinos apta ad recte loquendum instrumenta, curriculi rotas, & alia infinita, quibus supersedendum potius censui, quæ te hoc catalogo detinere. BRAS. Nullus esset numerus qui ex odore rei, quam metitur, non probaretur, si ex numerata re præstantiam ullam sumeret numerus, contempleris interim nonnullos aberrare, qui triangulum pro fide ponunt, quibus consuetudo errorem relaxat, si admoniti resipiscant, quid uero tetragono fidem planius ostendere potest? quid efficacius? uis hieraglypho aliquo inuiolatam demonstrare, quæ nec morte turbari possit? illam tetragono conferas, quem nec decliuis accessus, nec lubrica uia impedire possunt quin angulum semper eleuatum erectumque habeant, tribus pro basi subiectis, nec ratione subiecti trianguli hoc euenire arbitreris, sed ob quarti anguli naturam ita euenit, nam uniuersa tetragoni essentia ex quarto angulo perficitur, mathematica nimirum corpora ex ultima unitate, uel


uel angulo speciem summunt. SE. Insuper accedit  
 Aristotelem in Ethicis sapientem uirum tetragono com=  
 parasse, cum ait, Sapiens scit bene ferre fortunam, quia ce  
 habet se sine uituperio, sicut tetragonum, nam tetra= ce  
 gonum corpus quocumque proijcitur, firmiter stat, uti ce  
 sapientis animus constans permanet quacumque fortu= ce  
 na imminente. BRAS. Miranda igitur est tetrago ce  
 ni, uel muricis natura digna ut sapiens illi conferat, tan  
 quam sapientia ipsa participet, Aristoteles item in se=  
 cundo de Anima libro sectione trigesima prima animæ  
 passiones, uel potentias appellas, tetragono compara=  
 uit, cum inquit: In anima esse uti tetragonum in trigono, ce  
 quem locum Auerrois de figura interpretatur, dicens  
 alteram altera priorem & posteriorem esse, triangu=  
 lus nimirum quadrangulo prior est: nam hic triangulū  
 potētia includit, quia quadrato existēte triangulus est,  
 quo posito quadratum poni non est opus, æque in ani=  
 mæ uiribus nutritiuum sensitiuo prius est, in quo poten=  
 tia continetur, cum re sensibile sit, nutritiuum est, e con=  
 trario minime. SE. Miror Auerroim qui inter præ=  
 cipuos philosophos numeratur figuram non esse figu=  
 ra priorem ignorasse, nam omnes figuræ species sunt  
 naturalibus etiam perfectiores, quoniam mathematicæ  
 dimensiones naturalibus præstant, cum illis sint certio=  
 res, nec eisdem specierum condiciones desunt quarū una  
 est (Aristotele in Post prædicamētis teste) simul esse, et  
 non per prius, aut posterius gñā participare, nam trian=  
 gulus ita terminis clauditur, sicuti triangulus, igitur æ=  
 qualis naturæ sunt figuræ species, & una non est prior,  
 uel posterior alia. BRAS. Obuiabunt forte huic

tua sententia recentiores, quia figura ad duo referri  
 possunt, nam nonnunquam ad genus referuntur, & ita  
 una alijs prior esse non potest, quia aequales sunt sub eo-  
 dem genere species, quandoque ad materiam cui inhae-  
 rent referri possunt, ut triangulus huic materiae inhae-  
 ret, illi quadrangulus, & hoc modo in prius & poste-  
 rius nam variare possunt. At hi Ammonij argumento  
 in Porphyriana comentatione reprehendendi sunt. Au-  
 thor hic specierum exempla subscribens inquit. Triangu-  
 lum figurae speciem: quidam uero eo tempore Porphy-  
 rium reprehendebant, & triangulum quadrangulo prio-  
 rem esse suadebant, quoniam tria quatuor priora sunt,  
 non est igitur figurae species, nam in speciebus aequalis  
 est temporis, rationisq; natura. SE. Facile est horum ar-  
 gumentum euitare. BRAS. At prius audias quid a non-  
 nullis diceretur, qui Porphyrium absurde defendere co-  
 nabantur, nam & ipsi triangulum quadrangulo priorē  
 esse arbitrabantur, Porphyriumque excusabant, quod  
 exempli gratia ita locutus esset, hos ut digni erant Am-  
 monius reprehendit cuius argumentum, & in praec-  
 dentes etiam militare percipies, inquit uero.

τὸν δὲ οὐδεμίαν ἐστὶν ἀνάγκη ἵνα γένηται τὸ τετράγωνον,  
 τῷ προὔποκεῖσθαι τρίγωνον, εἶτα τῆ συνθέσει  
 τοῦτων τὸ τετράγωνον γίνεσθαι, ὡς ὁ Εὐκλείδης ἐν  
 τῷ τρισσαρκος ᾧ ἐκ τῶ αὐτοῦ θεωρήματι, ἀνευ τριγ-  
 νου τὸ τετράγωνον δι' εὐθείας ἀναγράφειν διδάσκει  
 οὐδὲν γὰρ κωλύει καὶ τρίγωνον μὴ ὄντος τέσσαρα  
 εὐθείας ἐπιζεύξαντας ποιῆσαι τετράγωνον. ὥστε οὐ  
 ἀληθὲς τὸ ἀνερουμένου τοῦ τριγώνου συναναρτῆσθαι  
 καὶ τὸ τετράγωνον. quae si latina lingua referre uolueris

rimus

rimus ad uerbū ita ferè dicūt. Nūc nulla ē necessitas ut fiat quadrāgulus eò quòd triāgulus supponatur, postea horum compositione fieri quadrangulum, quemadmodum Euclides in quadragesima ipsius speculatione sine triangulo quadrāgulum per rectam designare docet, nihil uero impedit & triangulo non existente quatuor rectas cōiungatas quadrangulum facere, quā ob causam falsum est triangulo ablato auferri quadrangulum. SE. Ammonij sententiā audiui, ex qua colligitur neq; Auerroem esse ueritati propinquum, uel solutionem illorū, quæ ad particularia cōfugit, nam Euclides atq; Ammonius de particulari loquuntur, qui ab homine fieri pōt. BRAS. Minus etiam illi audiendi sunt, qui dicunt exēpli gratia locutum esse, at multa ab Ammonio in eodem loco referunt, quæ (ni pigeat) in nostra porphyriana Panoplia legere nihil impediet. SE. In his ambiguitas mihi occurrit contemplanda. quia Plato de figuris in Thimæo loquēs rectilineas omnes pluriangulas in triangulum resolvere, ceu in simplicissimā figuram docet. BRAS. Respondemus Platonē non ita resolvere, quin animaduerterit pluriāgulam à minori angulo nō fieri, id uero dixit quoniam in figuris una deniq; reperitur, qua angulorum numero nulla minor fieri potest, at in additione nunquam terminus adhibetur, nam in infinitū ut numeri figurae crescunt, ob hanc rationem diuinus Plato uisus est nōnullis figuras in triāgulam resoluisse, hunc nimirum inuenit, tanquam ultimum in figuris angulorum paucitate, immo in corporibus, & nō in figuris authoris sermo uersatur. ceterū Diuus Thomas contextū illū trigesimum primum secundi de Anima li-

« *tri* his uerbis interpretatur. Plato numerorum  
 « ideam instituit alterius naturæ, quam aliarum rerum  
 « specimina, homines ideã habent non modice seiunctã, et  
 « boues æque ac reliqua. In numeris uero eadẽ est, qui nõ  
 « sunt inuicem separati, sed naturali quodã ordine se cõ-  
 « sequuntur, hinc dualitas omnium consequentium nume-  
 « rorum causa est, idem in figuris itelligere oportet, Tri-  
 « gonam. s. unamquãq; pluriangularum figurã ingredi,  
 « & earum est causa, ostendit præterea exemplo trigonũ  
 « in tetragono potentia contineri, nihil enim prohibet  
 « in duos trigonos tetragonum partiri, ut subiecta formu-  
 « la ostẽdit.  Hæc deinde Diuus Thomas ad anime-  
 « rationem componit, Nos autem arbitramur Diuũ Tho-  
 « mam in hac solutione Aristotelis mētem haud attigisse,  
 « nam uerum prorsus est dualitatem numerorum causam  
 « fecisse, immo unaquæq; addita unitas causa est ut nume-  
 « rus in specie constituatur. Ad tria igitur non est necesse  
 « duo exigi, idest speciem hanc numeri quam dualitatem  
 « uocant, sed tres unitates expetuntur, quarum tertia spe-  
 « ciei rationem tribuit, Minime ambigo numeros ob uni-  
 « tates ordinem habere, nullus uero numerus in sui com-  
 « positione alium recipit numerum, sed quantus quantus  
 « est tot sibi unitates asciscit. SE. Numeros igitur ita  
 « exoriri arbitraris? ut binarius duabus constet unitati-  
 « bus, secundaq; uim speciei formalem tribuat? BRAS.  
 « Ita intelligo, et ternarius eodem conficitur modo ex tri-  
 « bus unitatibus, in quarum tertia formalis ternarij ratio  
 « existit, nec ternarius binarium claudit, idest speciẽ hæc  
 « numeri quam dualitatem uocamus, immo tertia unitas  
 « duabus adueniens ternario rationem formalem addit,

qua

qua reserata .s. unitate tertia, duæ unitates derelictæ binarius haud sunt, id est species illa numeri binarius appellata, hocq; intellige ratione qua duæ illæ unitates pro ternarij perfectione accipiebatur, cum uero unitas reseratur relictæ unitates statim aliã numeri speciem subeunt, sed non ratione qua erant ternarij unitates, & hæc, quæ de ternario numero dicta sunt, unicuiq; numero accomodari possunt. S E. Arbitror eandem esse et in figuris rationem. B R A S. Immo eadem prorsus est, nec tetragonum à trigono fit, quoniam ex recta linea fieri utrunq; potest, quod quadragesima speculatione Euclides ostendit. S E. Quid etiam prohibet ex linearum accessu, & recessu trigonum in tetragono, & tetragonum in trigono collocari? B R A S. Nihil, at in Diui Thomæ questionibus Quolibetalibus uocatis, articulo sexto primi quolibet partem illam libri de anima adductam ita exponit ipse Thomas, trigonum scilicet esse in tetragono uirtute, & hūc, uidelicet tetragonū in trigono. S E. Sed cur æque in trigono tetragonum uirtute non est? nam trigonum (ut scriptum reliquerat) tetragoni causa est, quæ causatū uirtute, et potentia complectitur. B R A S. Non absq; ratione Diui Thomæ sententiã reprehendisti, qui prima parte summæ Theologie questione septuagesima sexta, articulo tertio inquit, Pentagonum figura non per aliam figuram pentagona est, per aliã tetragona, ita est in animabus. in quibus locis Aristotelem exponit ac si de pentagono & tetragono uerba fecisset, cum de trigono solum, & tetragono scribat: una tamen est & eadem sententia, sed animaduertisse uolui, ut integrum ac purum Aristoteliis



sensum, ac uerba haberemus. SE. At Themistius de hac  
 re cautius locutus est, uerum et hoc authore prætermis-  
 so ad reliqua sermonem conuertamus. BRAS. Ari-  
 stoteles de tetragono corpore, & trigono locutus est,  
 nihil etenim refert an corpus an figuram intellexeri-  
 mus, siquidem ex quatuor æquilateribus tetragona py-  
 ramis efficitur: priusquã uero quartum addideris, tres  
 illi admisti trigonum esse uidentur, quarto addito in te-  
 tragonum transit, hinc trigonum in tetragono esse iudi-  
 cavit, aut triângulus in tetragono corpore est, quia una-  
 quæq; eius corporis superficies triângulus est, hunc ignis  
 figuram habere in Platonis Thimæo ostenditur, tetra-  
 gonum præterea corpus ex crystallo compositum philo-  
 sophicas speculationes, et admirandas habet, quas eaf-  
 dem in Euclidis trigono uidere licebit. SE. Sæpe co-  
 lores illos in trigono contemplatus sum, et mihi res uisa  
 est mirifica. BRAS. At forte non ita inspexisti ut  
 ego feci, nam supercilijs admotus, rebusq; per crystal-  
 lum inspectis infinitæ uidentur colorũ uarietates, quæ nunq̃  
 possent uel arte pulchriores fieri, quales in Iride appa-  
 rent, uerum hi tanto Iridis colores superant, quanto  
 crystalus tersa magis est, leuigata, alba, et diaphana nu-  
 be, nanq; ibi puniceum colorem uidebis, cœlestem, xan-  
 thum, fulgidum, coccineum, uiridem, sub uiridem, &  
 sexcētos alios columbarum collo, ac pauonũ pulchrio-  
 res. si trigonũ sumpseris angulo in supercilia admoto,  
 & in costam superiorẽ, uel inferiorẽ despexeris mille  
 colorũ figuras inspicias. idem euenit angulo supercilijs  
 admoto, & altero supra nares, oculiq; costa tegantur,  
 postea in exteriorẽ uel interiorẽ angulũ despicias, tri-  
 gono

gono aut supranares, & supercilia uno latere posito si  
in angulū inspexeris quacūq; recta sunt obliqua præsen-  
tabit, ut hominū pedes ad capita, et rerū apices in fūda-  
mēta tāq; in aere pēdere uideātur. idē fit angulo super-  
cilijs admoto, si costam superiorē inspicias, costa præ-  
sertim frōti adnixa, ceterum sine coloribus res appa-  
rent & coloratæ admodum, et quasi in gyrum ac in se-  
miorbem redactæ, ut quidā pinguis mineruæ iridem eē  
putarint. huius rei periculum feci crystallino tetrago-  
no à pudicissimis uirginibus mutuo accepto. Diua Isa-  
bella, simul & diua Iulia Taraconēsibus Federici Regis  
Parthenopei filia, omnibus ingenij atq; animi dotibus  
præditis, quarum memoria donec aura uitalis hos artus  
moderabitur, à nostris cogitationibus nullo momēto est  
absutura. Viragines sunt & Formosæ pariter, & pro-  
bæ, doctæ, integræ, benignæ, affabiles, in literis egre-  
giæ, non dissimiles in moribus cœlestibus Diuis, immo  
Diuæ ipsis comparādæ, humanitate, gratia, clementia,  
indulgentia, liberalitate, moderatione, fiducia, fortitu-  
dine, immensa rerum fortuitarum patientia, & animi  
stabilitate. Videor uidere antiquas illas nobilissimas  
Romanas in utraq; sorores transmutas, pulchriores  
sunt ipso pulchro, uenustiores uenusto, præstanti præ-  
stantiores: & si quid est præstās, uenustum, pulchrum  
in his caducis rebus, ipsæ sunt, Isabella inquam & Iulia  
Taraconenses, de quarum laudibus tubam nostra maio-  
rem exoptaremus, quæ illas Dijs pares esse ostenderet,  
nos autem uie ignari ad reliqua properemus. SE. De  
his Regijs filijs tot dici non possunt, quin etiam plura si-  
per sint dicenda, ad trigonum sermonē uertas. B. R. A. S.

I N D E X.

Si presentem hominē per crystallinum trigonum inspicere lubeat, in duplo ferē maior q̄ sit uidebitur. Si uero noscere uolueris an ipsū inspicias, te q̄ sp̄iā ē regione cōspiciat, nā si illi quatuor oculos habere uidearis, ipsum respicis, illum aliter uidere non potes. mira est huius trigoni natura, cuius causam rimari difficile est. S E. Has tamen scire exoptarem. B R A S. Nos breui sermone de his agemus ut uiribus nostris ac menti cōcessum erit. S E. Neq; aliud scire uoluerim, quā id quod tu ipse depromes. B R A S. Non dubito eādē esse coloris in trigono, & iride causam, quā Aristoteles in tertio Meteororum libro refractionē esse docuit, uisuales etenim lineæ in trigono constitutæ ob earum uarietates in coloribus quoq; uarietatem faciunt, nam ob uariam trigoni crassitiem uario modo flectuntur. in angulis etenim tenuior est, propē medium crassior, hinc multæ linearū, ac umbrarum flexiones fiunt, quæ in crystallino subiecto undique lucido opacam umbram demonstrare nequeunt, causa autem cur hinc magis albæ, illinc nigriores appareant, maior atq; minor angulorum crassities est. S E. Et quo nam modo aperias obsecro. B R A S. Duo sunt colores extremi: album, & nigrum: umbra magis propinqua nigro est, at lucidi corporis umbra in nigrum ita nō uergit, sed quanta est ad opacum intercedo, tanto umbra luci magis affinis est, at q̄ à nigro partem abest in album declinat, cæterum nihil prohibet, infinitos fieri secūdum maiorem accessum, et recessum ad album, atq; nigrum colores, hinc colores propē trigoni angulos, quia umbra tenuior albo sunt magis affines, in crassitie uero sunt nigriores, quo igitur loco um

bra

bra intērior est, eò color prorsus nigrior efficitur, quò  
 tenuior magis albus est, trigonus autem ordine quodam  
 magis & minus in acumen trāsīt, ob hoc hi colores ordi-  
 nem habent, ut nigriores primum appareant, uirides  
 deinde, tertio loco punicei, & ita in magis albos acce-  
 dunt. SE. Difficilis est eiusmodi umbrarum specula-  
 tio, atq; maxima corporū in lucido reflexio. BRAS.  
 Experimentum esse possunt solares radij si alicuius fe-  
 nestrae aduersam partē illustrauerint, quam ē uestigio  
 claudas rima derelicta, per quam rerum umbras in ter-  
 ra cōspicere possis, omnia ē contrario uidebis superiora  
 inferius, & ē contrario, quæq; antea post, porrò trigo-  
 ni costa rei imaginem ē regione existentem præfert,  
 sed in costā reflectitur in quam uisum exercemus, hinc  
 quæ sursum sunt inferna esse uidentur, inferiora uero  
 superius, dextra in sinistrum, & quæ sinistrorsum sunt  
 ad dexteram inclināt, si autem corpus esset omni parte  
 in crassitie homogeneum, nullos colores intuitu asseque-  
 reris, nā & umbrae homogeneae essent, resq; in proprio  
 colore modicum fuscae cernerentur, & magis etiam ac-  
 minus, ut corporis diaphani crassities impederet, luxq;  
 circumcirca præfulgens umbris nonnihil momenti ad-  
 dens. præterea trigonum noctu sume, inde unico tan-  
 tum oculo per costam uersus lampadē inspice, mira asse-  
 queris, dextera inquam sinistrorsum & ē contra, ac su-  
 periora deorsum, pars itē rei lumini propinquior phœ-  
 nicea præsentatur, remotior autem uiridis, una deinde  
 tres lampades redduntur, si sumpto trigono & angulo  
 supercilijs admoto per interiorem trigoni costam in  
 lampadem inspexeris, lampas prima deorsum uidetur,

et

## BRASAVOLI

& naturalis, secunda in medio subuersa, tertia sursum  
 decliuis mille coloribus picta. oculus huius apparentia  
 causa est, qui naturalem lampadem dempto trigono ui  
 det, deinde per inferiorem costam secundam lampadem  
 intuetur, & tertiam per superiorem costam mille colo  
 ribus circūseptam. S E. Dispereream nisi hæc actu ante  
 tres dies experiar. B R A S. Id fieri facile poterit, sed  
 reliqua audias. angulo è regione oculorum posito per  
 inferiorē costam superiora, per superiorem inferiora  
 concipies, hocq; defferētis costæ ratione fieri arbitror.  
 idem euenit costa supra oculos cōstituta, si deorsum ex  
 terioris anguli inspexeris superiora deorsum appa  
 runt, inferiora sursum, te ipsum cernere poteris trigono  
 sumpto si deorsum p costam inspexeris, nā te ipsum  
 in lampadis parte, & lāpada ubi es tu inspicies. Deniq;  
 angulo supra oculos posito, si per costas in terrā despe  
 xeris, quæ opponuntur geminata esse apparebunt. sed  
 ut uno expediam uerbo, trigono oculis admoto, atq; in  
 uarios situs deuoluto ex te ipso mille rerum figuras, mil  
 le colores inuenies, qui nequeunt aut calamo describi,  
 aut uerbo doceri, sola inuenti experiētia, eademq; pro  
 bati: nam leuia corpora sexcentas figuras habere possunt,  
 ut in chalybeo speculo modice concauo, quo ignis  
 accenditur exemplum haberi potest, de quo Plinius capi  
 te centesimo decimo libri secundi mentionem facit, si  
 oculis propinque admoueas rectam faciem tibi demon  
 strat tua lōge maiorem, equinos dentes tibi refert, atq;  
 nasum rhinocerotis, supercilia suillis setis crassiora,  
 neuos ut ungues refert, palpebras digitales, carnis  
 scabriciem uti monticulos representat, uultus tubercu  
 la

la, grandiores uesticas esse arbitraberis. SE. Hoc mil-  
 lies expertus sum, sed adde si longinque te ipsum inspe-  
 xeris facies decora tibi uidebitur, caro pulchra, præ-  
 stans aspectus, sed quod mirum est, faciem subuersam re-  
 presentat. BRAS. Ita profectò est, at si corpus leue  
 sit, ac diaphanum, ceu crystallinũ trigonum, longe præ-  
 stantiora, & fœcundiora referentur, quin & Parianus  
 Artemidorus, de quo in primo Naturalium suorũ men-  
 tionem facit Seneca inquit, si concauum effinxeris spe-  
 culum, quod sit rectæ pilæ pars, si extra medium consti-  
 teris, quicunq; iuxta te steterint uniuersi tibi uidebun-  
 tur priores, à te quàm à speculo. SE. Quid? fieri pos-  
 sunt arte elaborata specula, quæ unico præsentate homi-  
 ne uti populum ostendunt, fit uero ex paruis minutisq;  
 speculis eiuscemodi speculum. BRAS. Adde quadrã  
 gularia specula altera parte magis longa si excauata  
 fuerint, uultum per arctiorem costam inspectatibus ita  
 latum præsentabunt, & per latiore adeo strictum, ut  
 nõ modo risum inducant, sed ad hunc magnopere impel-  
 lant. his lineis quibusdã alterius materiæ uel cereis su-  
 peradditis, quot erunt lineæ tot diuersos ac seiunctos  
 nasos ostendent, os palmo in cõtinuitate longiusculum,  
 lumina nasus numerosiora. SE. Atqui speculum fieri  
 potest, quod non solum turpes ostendet illas quas refert  
 figuras, sed & atras, & obscuras, atq; cornutas, ea re  
 mutata quæ speculo subest, ad quàm radij refråguntur,  
 atque flectuntur: illo etenim absente subiecto formæ de-  
 litescerent, & quasi per transennam oblitterarẽtur, in  
 speculis nimirum bractea uel tenue quodam ac densum  
 desideratur formas in uisum deflectens, nam formæ per  
 nitrum

uitrum natura diaphanū transcurrentes frustra specta-  
rent? BRAS. Iam uero quid referam mille in colū-  
barum colli flexu colorum uarietates. Seneca carmen  
refert in primo Naturalium de his columbarum collis,  
à Nerone decantatum, quod ne desideres ita cecinit.

» Colla Tyberiacæ splendent agitata columbæ.

SE. Varijs etiam coloribus pauonum ceruix aliquò  
deflexa nitet. BRAS. At hi potissimū colores mor-  
taliū animos iugi cogitatione discruciant, qui à cœli  
arcu referūtur, rutilantes, crocei, glauci, phœnicei, &  
floridi omnes, hæc nonnihil poetarum animos commo-  
uere ut arcum hunc Deorum nuntium facerent, Virgi-  
lius irim Iunonis nunciam fingit, ἀπὸ ἰρίων, id est nun-  
ciare dictam cum cecinit.

» Ergo iris croceis per cœlum roscida pennis

» Mille trahens uarios aduerso sole colores

» Peruolat, & supra caput astitit,

SE. Alio quoque in loco ita cecinit,

» Irim de cœlo misit Saturnia Iuno

BRAS. Et deinde sequitur

» Illa uiam celerans, per mille coloribus arcum

» Nulli uisa, cito decurrit tramite uirgo.

Philosophi nimirum inquirunt lucem, & quæcunque ab  
ea fiunt nulla temporis ratione habita fieri, sed imme-  
diatè induci, & non per quendam partium successum.

SE. Mox addit poeta.

» Cum dea se paribus per cœlum substulit alis

» Ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.

BRAS. His in carminibus nonnihil ambigui mihi oc-  
currit, cū iris sit ipsa Dea quomodo sub nubibus arcum

secuit

secuit? commodius uidebatur dicere eam met in nubibus  
 sistere, & in aere gradus defixisse, præterea non secuit  
 sub nubibus arcū, sed potius in nubes impressit, quas etiā  
 coloribus ornauit. SE. Fingunt poetæ quoad illis fin-  
 gēdo progredi liceat: his uero cō progredi cōcessum est,  
 quò heroum gesta res naturæ, rustica fabulamenta per  
 aliquas species obliquis figurationibus summo cum deco-  
 re, & maxima cum delectatione cōuersa traducāt: quod  
 à Strabone eleganter proditū est, cū dixit: Sicuti quis-  
 piam argento circumfundit aurum, sic & poeta ueris cō-  
 templationibus fabellas apponit, quibus elocutionē &  
 dulcedine conciliat, & ornatu. Irim poete Deā esse fin-  
 gunt, in cælo hoc est in aere sedem habente, uisus effe-  
 ctus in nube uidentur, ob hoc Iunonis nuncia appellata,  
 quod in aere inter nos, & Iunonem medio uersetur. in  
 iridis uero contemplatione duo occurrunt consideran-  
 da, unum est arcus ipse, alterum diuinitas, quæ tali ra-  
 tione ab aere se iungitur quali diuinæ essentiæ speciē  
 participant, quamquam sint re ipsa idem, à Virgilio  
 igitur decantatum est.

Secuit sub nubibus arcum.

Quia iridis diuinitatem ab arcus figuratione secerne-  
 bat, interpretarique debet secuit, id est duxit atque in-  
 duxit arcum sub nubibus, nam & in sexto Aeneidos se-  
 care pro ducere in illo carmine usus est.

Ille uiam secat ad naues.

Aut diuinitas ad Troianas mulieres accessit, quas ad cō-  
 burendam classē excitauit, arcus uero in nubibus ad-  
 quem, igne accenso Troianorum nauibus debaccanti-  
 bus regreditur, diuinitas igitur Troianis derelictis ad  
 arcum



BRASAVOLI

arcum se recepit, ut intelligatur, secuit, id est arcum secuta est, qui in nubibus expansus diuinitatem expectabat. nam & Virgilius in decimo Aeneidos secare prosequi utitur, cum ait.

» Quæ cuiq; est fortuna hodie, quã quisq; secat spem. uel secuit, id est insigniuit, et arcum in nubibus impressit, ut pictores faciunt, qui lineas secant. i. in aliquod subiectum imprimunt. BRAS. Nescio unde tam repente grammaticus euaseris. SE. Nondum quæ iuuenis didicerim tibi aperui, at cōmodum uideretur de iridis coloribus nonnihil pertractare. BRAS. A nobis in hoc loco de iridis coloribus disputādum non est, quomodo. s. fiant, & an re ipsa ita sint, uel fieri uideātur, & hominum lumina fallantur, putantia aliquid flāmei, aliquid lutei, aliquid cærulei, et alia in picturæ modum subtilibus lineis ducta cernere, ut in his carminibus expressum est.

cc Sed nunc diuersi niteant cum mille colores,

cc Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit.

SEN. Cur de his in presentiarum agendum non est? BRAS. Quia suo, ac proprio tradētur loco. nūc uero te docebo quot modis arcus cœlestis colores in his inferioribus rebus inspicere possis. SE. Neq; istud mihi ingratiū uidebitur. BRAS. Si mille pelues sereno die acceperis, & e regione solis in orbem ac debitum ordinem disposueris, iridis colores referent, mille aquæ, auroris guttæ idē efficiunt supra mille folia in singulis singulæ ordinatæ, nam bis quingēti soles effulgebūt, si modo tu inde tanto abeas spatio, ut particulares in singula gutta aut in singulo pelui soles inspicere non possis, sed tibi

tibi corpus unum ex omnibus reintegrari uideatur, iridem sereno die, aut eius imaginem inspicere poteris, quod si uolueris paruam inspicere, fistulam aqua impleto, cui modico foramen efficias, ut aqua aduerso sole guttatim stillet, iridis speciem ac colores in singula stillate gutta uidebis, & Aristoteles in Meteoris dicit, aquam aduersus solem per remum fractam iridis colores reddere, quod nauæ experimento sæpius comprobant, eosdem refert colores striata crystallina uirgula, uel pluriangula, in modum clauæ tortuosæ si e regione solis ponatur, age uitrea per longa admodum uirga in circū flectatur, iridis colores inspicias præsertim si à uitro procul abeas, nam humida spatia decepta distinctos inter se colores, ac solis imaginem cernere nequeunt, sed quoddam integrum multis coloribus intersertum ac si iris sit, spectabunt. nec mirum est oculos inter capedine falli, qui & celeritate, ut in stellarum cursu, & tarditate, ut in gnomone falluntur. Aristoteles in libro de Insomnijs inquit, Sol oculos distantia perturbat, ut sapientes etiam (inquit Seneca) pedalem esse contenderint, quem uelocissimum omnium esse scimus, nemo nostrum moueri uidit, nec incredere mus, nisi appareret ipsum mundum hunc precipiti uelocitate labentem, & ortus, occasusque intra momentum temporis reuoluentem, nemo nostrum uidit procedere, quia si obiectum nimis propè sit, alia sub specie presentatur, immo & in ipsis oculis hæc percipi possunt. Plinio teste capite trigesimo sexto libri undecimi, ut hi quæ longinquius sunt inspiciant, hi non nisi propinqua, multorum uisus solis fulgore præsentate constat, at nubila die non uidet, nec post solis occasum, alij interdum hebe-

n tiores

tiores, noctu præ cæteris cernunt. SE. Horum causas libenter audirem. BRAS. At illas in præsentiarum dicturus nõ sum, sed de illis tunc agemus cum de oculorum ægri tudinibus uerba faciemus. SE. Rem igitur propositã prosequaris. BRAS. Sol uitreæ fenestræ oppositus ex reflexo iridis colores repræsentat. ijdem apparebunt si strictis in uitrum oculis per quod sol transit aciem direxeris. fullonẽ obserua, quoties aqua in os sumpta panum inspergit, animum tuum mouebunt illi qui in his guttis fiunt admiratione colores. SEN. Sciores maiores uideri quæ per uitrũ inspiciuntur, & plerumq; mutare colorem. BRAS. Pulchriora prorsus apparẽt quæ per uitrum uisuntur, & maiora, unde fructuarij emptores decipiunt uitro cancellis appposito, ut poma ac reliqui fructus per uitrum inspiciãtur, nam ampliores apparent, quàm propria natura sint, & coloratiores, ut hinc transeuntes rei pulchritudine allecti fructus emant.. SE. Nunc tempus uidetur ut ad muricis historiam reuertamur. BRAS. De Murice illa ultimo loco referam, quæ erant in primo limine dicenda. Murex nomen est multiplex, nõnunquam pro genere conchæ accipitur, quo lanas inficiunt, Recentiores purpurã esse arbitrati sunt, quibus Plinius libro nono trigesimo sexto ac quinquagesimo primo capitibus aduersatur. cum ait muricem à purpura alterũ esse, unde cum à Virgilio in Bucolicis scriptum est.

- » Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti.  
 » Murice. Seruius non probe exponit murice. i. coclearum unde tingitur purpura, at murex (Plinio teste) purpuram non tingit, immo concha est eodem nomine uocata,

non deest tamen murici suus color, qui & ruber est, & purpurae affinis, quo lanas inficiebant. hinc à Virgilio dictum est. *Suaue rubenti murice.* S E N. Immo & ipse Seruius in quinto Aeneidos pro saxi acumine muricem interpretatur, cū à poeta scriptū est, *Et acuto in murice remis obnixa crepuere.* B R A S. Tamē nihil impedit de murice concha Virgiliū intelligere, quae aspera cautibus semper inhaeret, nā illa quae cautibus insunt saxa uocantur, non murices. S E. Ad sunt & murina uocata uasa, de quibus mentionem facit Plinius capite secundo libri trigesimi septimi cum ait *Neronem ad bibendum CCCC sextertijs sibi trulam parasse.* B R A S. At ad muricē de quo loquimur reuertamur. instrumentum est quadruplici latere aculeatum, de quo in militaribus uasamentis Vegetius tractat, & nonnihil Valerius, trigonus uulgo nūcupatur, ex triplici cui inhaeret acumine, at nos potius tetragonū appellemus, quia eius essentia quarto angulo perficitur? S E. Pleriq; uero non trigonum, sed tribulum uocant, à cuiuspiam spinæ similitudine, cuius semen acculeatum est. de qua ita dicit in Georgicis Virgilius, *Lappaeq; tribuliq;* B R A S A. Vel ita nūcupatum est ab instrumenti similitudine, quo spicas in grana deglubebant, tribus lateribus cōstituti, de quo eodē loco Virgilius dixit *Tribuliq; trahaeq;* cuius figura agricolis nostro tempore satis cōsulta non est. S E. Nonnulli instrumentum hoc curriculi genus deorsum asperi esse uolunt. B R A S. Alij instrumentum triplici baculo confectum, quorum uno tritantes manubrij uice utuntur, reliquis duobus spicas cōcutientes ut grana deglobent, à Ferrariensibus rusticis

cerchia uocatur, hoc forte instrumentum illud est, quod Hornam hebræus Dauidi dedit, ut ignem in sacrificium Domino succederet cū ipse in area tritureret, ita enim in primo Paralipomenon libro capite uigesimo primo scriptum est. Sed & boues do in holocaustum, & tribulas in ligna, & triticum in sacrificium. SE. Adde tribulum fructicis genus esse in lacubus, aut aquis ortum ducens aculeatum, quem mulieres elixant, acuminibus castrant ac mandunt. BRAS. Deniq; ut huic negotio finem imponamus, uel hinc uel inde murex nomen accepit antiqui ab ostrea, uel pisce denominarunt, recentiores uero ab his iam enarratis trigonū, uel tribulum nuncuparūt, de cuius natura hæc in Hieronymi Brasauoli militis strenuissimi gratiā scripta sint. SE. Nihil aliud nobis superest quàm ea pertractare in quorū gratiam huc accessi. BRASA. Hoc ad te spectat, iam te ipsum labori accingas. SE. Ante quam huc accederē eram accintus, & omnibus Vnguentorū generibus bene præmunitus. BRAS. Eia igitur de Vnguentis pertractare incipito, ut unumquodq; quod paras in examen ducamus.

## SE N E X I.

Cum ergo de Vnguentis tractaturi simus, sæpiusq; audiuerim non fuisse eadem apud antiquos unguenta, qualia sunt in præsentiarum apud recentes, iccirco à te scire optarem quæ essent apud antiquos unguenta, & quæ sub unguenti nomen ueniebant. BRAS. Erant prorsus diuersa antiquorum unguenta ab his quæ nunc unguēta uocātur, immo ut ampliuscule loquar, tria hæc nomina, Vnguentum, emplastrum, ac ceratum, alia hoc tempore

tempore significant quã antiquitus significarēt, & adeo in presentiarum confusa sunt, ut cerata nonnunquam uocentur unguēta, et emplastra unguenta, et e contrario, Antiqui etenim illa solū uocabant unguenta quæ ex odoratis conficerentur, nunc adsunt & foetidissima unguēta, uocabant præterea emplastra illa quæ ex metallicis erant confecta, nunc autem unguenta uocantur, emplastra uero apud recentes sunt illa, quæ ab antiquis cataplasmata uocabantur. adde cerata fuisse apud antiquos ex oleo et cera confecta, nunc illa tantum uocantur cerata quæ ceram quidem recipiunt & oleum, sed maxime inhaerent, ut quandoq; si auferre tentes pillos unã adimant, ob hanc uehementem inhaerentiam à Gale no ἐχρόλλα uocantur, at his prætermiſſis ad unguentum ueniamus, quod ab usu uidelicet unguendi nomen accepit, et quamuis apud antiquos per hoc nomen unguentum odorata significarentur, quæ & μύροκοπία uocabant, tamen unguentum crassitiem quãdam habere debet, & lentorem ut inhaereat, ne à loco facile dilabatur, iccirco hæc esse uidetur inter oleum & unguentum differentia, quod unguentum maiorem lentorem habere debeat, q̄ oleū tñ nō est maxima differentia, immo quinq; apud antiquos inuenies unum et idem esse uocatum oleū et unguentum, ut in primo de Compositione medicamentorum secundum locos capite primo apud Galenum uidere est, ubi simplicia ponit ad alopeciam præsidia, & ait. Quæ autem sufficiēter, scilicet calefaciūt, laurinum ce sue oleum, siue unguentum aut quocunq; tandem nomine appellare uelis, Paulo post in hoc eodem loco, ubi illa in ordinem ponit, quæ sunt magis calida, & minus cali-

da, calidissimis enumeratis inquit, Et Laurinū siue oleū  
 siue unguētū uelis appellare. ut facile colligi possit lau-  
 rinum uocatum nunc oleum, à Galeno & oleum & un-  
 guentum uocari, nam olea uere sunt quæ ex oliuis expri-  
 muntur, reliqua exquisite olea non sunt, sed per similitu-  
 dinē ita uocantur, iccirco baccarum lauri expressum et  
 si oleum uocetur, uere oleum non est, sed baccarū lauri  
 expressum, propterea Galenus nō magnificat siue oleū  
 hoc uocare uolueris, siue unguentū, siue alio noīe ut a-  
 ris, unguēta crassitiē habere oportere Dioscorides atq;  
 Galenus in sexcentis locis ostendunt, nam cum de aliquo  
 simplici odorato uerba faciunt, inquirunt ualere ad spiss-  
 sanda unguenta, ut hinc ellici possit, unguenta apud an-  
 tiquos fuisse crassiora, semperq; fuisse cōfecta ex aliquo  
 oleo, & re alia odorata. in eodem libro superius citato,  
 Galenus mellinum uocat & unguentum et oleum. pra-  
 terea unguenta fuisse spissiora hoc manifeste ostendit,  
 quia idem Galenus in tertij libri de Simplicium medica-  
 mentorum facultatibus calce inter oleum rosaceum, &  
 unguentum rosaceum differentiam facit, quia in oleo  
 nihil odoramenti positum est, quod tamen est positum in  
 unguento ad olei spissamentū. Alexander Tallianus li-  
 bro quinto capite uigesimo secundo in illa parte ubi do-  
 docet non esse adhibendam aquam frigidam hecticis, modū  
 docet rosaceum ceratum conficiendi, quod hecticis ap-  
 plicat, et inquit. Si plus aquæ addatur & olei ut mollius  
 fiat esse unguentum. ut author hic inter ceratum et un-  
 guentum differentiam facere uideatur, quod unguentū  
 liquidius sit, ceratū minus liquidum. et Galenus in quare-  
 to de Sanitate tuenda capite octauo unguentum cū cea-

raro

rato affinitatē habere docet, nam ceratū facit, & uocatur unguentum, cum ait. Quod si nec ea sit ad manum (scilicet libanotis) betæ albæ radix, & cucurbitæ agrestis, & althææ & uitis albæ efficaciter euaporant, ubi suam ipsæ qualitatem uiresq; in oleo aliquo similis facultatis dimiserunt. Quodcumq; uero sic præparatum oleū est, in id si uel ceram solam, uel cum ea resinam iniicere uoles: non solum pulcherimum, sed etiam quod in loco bene hærebit, unguentū facies. ut hinc colligi possit, ceratum ex oleo & cera, & alijs quibusdam additis uocasse unguentum, & si etiam probe in hæreat, unguentum uero multa recipere debere et odorata, Dioscorides testari uidetur in illius partis præfatione, in qua de unguentis acturus est, cum ait. Verum quoniam & unguenta in aliquot malis olfactu aspersione & medicamentis adiecta utilia sunt, exigere rei ordinem existimamus, ut eorum ratio etiam à nobis tradatur, in quorum probatione contemplari oportebit an id ex quo temperatum unguentū fuerit odorem indicet, optimum enim iudicium hoc est, & si in aliquibus seruandum non sit, quod eumcunt sæpenumero quæ uehementiora admixta fuerint, ut in amaracino, crocino, ex fœnu græco, alijsq; quibusdam quæ ex eorum tractatione & usu probanda erunt. SE. Dioscorides igitur ab odore unguenta probat. BRAS. Ob hoc tibi dixi unguenta apud antiquos fuisse odorata.

S E N E X.

II.

A Græcis quomodo uocantur unguenta? BRASA.  $\mu\acute{\upsilon}\rho\alpha$ . SE. Ita forte uocabantur, quia ex myrrha conficiebant. BRAS. Ita prorsus arbitrantur authores;

n iij tamen



tamē Chrysippus myra uocari putauit, quasi mora hoc  
 est fatua, quia post crapulam, & computationes unguen-  
 tis uti solebant, nam in secunda mensa cum bellarijs &  
 coronis unguenta ferebātur, Lacedemones unguētarios  
 urbe eijciebant, ut pote qui oleum corrumpent, nomē  
 hoc μύρον idest unguentum primum omnium usurpauit  
 Archilochus. & quamuis Homerus de unguentis men-  
 tionem faciat, illa tamē uocat olea, Callimachus Veneri  
 unguentū tribuit et speculum, Mineruæ oleum, quia illa  
 uoluptati, hæc labori præest. Unguento caput delinire,  
 antiquus fuit mos, sed à satyris, & à fabulatore repre-  
 hensus, quia odor ascendit, iccirco odor qui supra caput  
 est ab eo non sentitur, qui odoramento delinitus est, ob  
 hoc alij ut unguentorum suauitatem perciperent barbā  
 sibi delinibāt, unde à Dauide Psalmo centesimo trigesi-  
 mo secundo decantatum est. Sicut unguentū in capite  
 quod descendit in barbam, barbam Aaron. Adde Aristo-  
 telem scriptis prodidisse unguentorum usum ad caput  
 breui caniciē inducere. S E. Alia ergo sunt illa quæ in  
 præsentiarum uocantur unguenta & illa quæ antiqui-  
 tus unguenta dicebantur. B R A S. Quis ambigit? nā  
 omnia ferè erant odorata, nunc uero fiunt & foetidissima  
 unguenta. at nos qui de unguentis tractaturi sumus  
 ut nunc in publicis conficiuntur pharmacopolijs, de un-  
 guentis recētorum more differemus, unde nemini mirū  
 uideri debet, si illa unguēta uocabimus, quæ nunc pub-  
 blicitus unguenta dicuntur, quanquam aliqua sint cera-  
 ta, alia cataplasmata. S E. Hoc ad rem ipsam nihil fac-  
 cit, modo in re de qua agitur conueniamus, licet antiqui  
 nominibus alijs usi sint, uerum ut edocuiſti, inter empla-  
 stra

stra cerata & unguenta haud magna est differentia. BRAS. Audiisti eandem rem paulo molliorem esse unguetum, paulo desior em ceratum, ut Trallianus docuit, et Galenus in quarto de Sanitate tuenda, id quod ceratum est unguetum uocauit, ut prorsus haud magna uideatur esse apud hos authores inter unguentum & ceratum differentia. SE. Quicquid antiqui de unguento senserint a nobis in praesentiarum praetermittatur, cum illa solus pertractaturi simus quae nunc unguenta uocantur, & quae tu cum indicis ungueta uocas, siue redoleant, siue male oleant. BRAS. De his igitur solis agamus, & ab illo incipe quod tibi in mentem uenerit enodando. SE. Schedam accipiam in qua scripta sunt ne errem, & primum quod occurret referam, nam per meae schedae ordinem incedens nullum praeteribo unguentum, quoniam si ut in mentem uenerint referre uoluerim multa praeterire possem, quae menti non subirent, at omnia in hac scheda ita in ordinem redacta sunt, ut labella in meo sunt pharmacopolio disposita. BRAS. A primo igitur incipias ne in hoc ordine referendo tempus incassum coneratur.

## S E N E X III.

Omnibus in mea charta descriptis unguentis rosaceum carceres aperit. BRAS. Neque ab re quoniam inter unguenta proprie numerari posset, nam suauem spirat odorem, at a quo authore illud accipis? SE. A Mesue. BRASA. Et hoc Mesue rosaceum apud omnes Italiae pharmacopolas in usu est. BRAS. Compositionem afferto. SE. Ita conficio ut Mesue ipse facit.

Recipe axungiae porcillae recentis quantitatem quam uolueris

uolueris, & lauetur in aqua calida nouies, & tantundē cum frigida aqua lauatione ultima, deinde teratur cum ea rosarum rubrarum recentium quantum ipsa est, & dimittatur marcescere per dies septē, deinde coquatur cum facilitate, & colētur, & iterum tantūdem rosarū terantur, & per alios septem dies dimittatur, & fundatur supra eiusmodi compositionem succi rosarum circiter partem dimidiam, olei amygdalini partes sex, & iterū coquatur cum facilitate usq; ad succi cōsumptionem, deinde reponatur, & administretur. BRASA VOL. Hæc est unguenti rosati, apud Mesuem compositio. At Mesue nōnunquam addit opium. SE. Non me latet: nam statim sequitur, Et quandoq; disrumpitur in aqua rosata parum opij, & projicitur in decoctionē, & est mirabile ubi oportet, & proprie quando uigilie adsunt. BRAS. Nullus tamen est in Italia qui opium addat. SE. At addi potest, uerum ad quos affectus utilis est eiusmodi unguentum? BRAS. Ad illos quos Mesue refert: nam inflammationes sedat erysipelata, et ignem persicum, sodaq; calidæ confert, & stomachi inflammationi, atq; hepatis. SE. In soda debet ne caput inungi? BRAS. Immo debet, quia ad nullum aliū usum effectum est, præterquā ut eo partes inungantur. SE. Ad qd lauare in aqua calida, postea in frigida? BRAS. Primo in aqua calida lauatur, ut emollescat axungia, & pelliculæ quædam, quæ axungie insunt facile remoueri possint, adde id auferri quod in ea superflue ungit, hæc ab aqua calida facile præstantur, postea per frigidā aquam axungie lotio perficitur, et si quid habuerit admisti salis cum prædictis lotionibus aufertur, uel si quid rancidi

rancidi nacta sit. SE. Quid intelligit Mesue per ultimam lotionem? BRAS. Nihil aliud quam exquisitam lotionem. est Arabum loquendi modus: cum enim alicuius perfectionem annotare uolunt, utuntur uocabulo ultimum, ac si dicant extremum, & exquisitum: quãquam dici posset ultimam lotionem in frigida aqua fieri oportere. At tu dicito cur album efficitur eiusmodi unguentum cum rubras recipiat rosas, & rosarum succum SE. Recipit prorsus rubras rosas, et succum, sed colantur et in agitatione remittitur color, qui neq; albus est, sed in luteum uergit. BRAS. Immo si diu agitetur album efficitur unguentum & odoratum: iusti nonnunquam olei amygdalarum dulcium loco rosaceum omphacinum recipi, et inflammationibus mire contulit: nam ipsis magis aduersabatur, quã faceret unguentũ rosaceum ex oleo amygdalarum dulcium. SE. Cur Mesue dixit marcescere? BRAS. Arbitror mendosum esse codicem, & legendum esse macerari: quamquam & legi possit marcescere, quia corrumpuntur non quidem tali corruptio- ne ut sceteant, sed tali ut eliquetur, nam rosæ per triplũ, & amplius spaciũ in axungia lota seruari possent: tamen non marcescerent. SENEX. Vidi nonnullos qui secunda uice percolabant, & alios qui non percolabant, quid agendum censes tu? BRASAVOL. Non dubito percolandum esse, ne rosæ in compositione uideantur. SE. Illi tamen qui non percolabant, diligentissime pinsebant. BRAS. Quantum lubuerint pinseant, rosarum uestigium semper pmanebit: si uero percolentur non permanet: uerum quo instrumento uteris ad percolandum? SE. Saculo tela crassa confecto, uel pradensa

prædensa staminea, ut uocant, & torculari exprimo.  
 BRAS. Probe agis: at cum fuerit eliquatum, si uehe-  
 menter tractetur ac ducatur album euadit: nonnunquã  
 cum eo uti uolo, iubeo bis uel ter rosacea aqua lauari, ad  
 infrigidandum conuenit: neq; est adeo frigidum ut Gale-  
 ni infrigidans: unde ubi non est magna infrigidandi neces-  
 sitas eo utor loco Galeni infrigidantis, quando opium ad-  
 dere uolueris in quanta addis copia? SE. in tanta quan-  
 ta ab authore refertur. BRAS. At author quantita-  
 tem minime refert, quippe nimirum inquit, & quando-  
 que disrumpitur in aqua rosacea parum opij: hoc uero  
 quod dicitur parum, relatiuum est, et nullam ponit cer-  
 tam quantitatem. SE. Nullam pfecto & causam igno-  
 ro. BRASA. Scis ne axungie recipiende quantita-  
 tem? SE. Neque ab authore hoc refertur. BRAS.  
 Tamen potes illam quantitatem accipere, quæ tibi lu-  
 buerit, idem de opio efficere poteris, iccirco regulam  
 hanc seruato, pro singula ungueti uncia singulum opij  
 granum commisceatur, cum opio magis adhuc infrigie-  
 dat, & cum uigilie adsunt mire prodest, frontem inun-  
 gendo, tempora, & nares. SE. Est ne huius unguenti  
 apud Galenũ facta mentio? BRAS. Meminit pro-  
 fus unguenti rosati Galenus, at non est compositio qua-  
 lis hæc est, sed est purum oleum, nam olea odorata, &  
 quæcunque similia odorẽ spirantia ab antiquis unguen-  
 ta uocabantur, ob hoc Galenus in quinto Methodi me-  
 dendi libro ad dimidias ferè libri partes rosaceo utitur,  
 & illud uocat unguentum quod & multis alijs in loco  
 facit. SE. Reperitur ne apud antiquos alios, si non  
 apud Galenum? BRAS. Non reperitur, quod scie-  
 uerim

uerim, inter alia uero quibus conuenit, illud est præci-  
 puum quod hæmorrhoidarum ardorem sedat, in hoc etiã  
 uolo te esse admonitum, cum inquit olei amygdalarũ dul-  
 cium partes sex, legendum esse partem sextam: nam sex-  
 ta esse debet totius compositionis pars. SE. Mihi uide-  
 batur mirum quomodo tanta huius olei copia ingredi-  
 tur, & tantam copiam nunquam apponebam. BRAS.  
 Et hoc etiam est quod multos pharmacopolas errare fa-  
 cit, et in uno pharmacopolio unguentũ liquidius, in alio  
 minus liquidum inuenies, ut quisq; pro libito huius olei  
 summam apponit. Verum satis est totius compositionis  
 pars sexta: hoc eodem modo possunt fieri, & ex uiolis,  
 & ex alijs odoratis floribus unguenta. SE. Cur axun-  
 giã recipit, potius quã butyrum, uel pingue aliquod?  
 BRAS. Quia cum probè lota est nullum habet odorẽ,  
 & omnes recipere apta est, ut nostri myropole oleum  
 de rosetis (ut eorum uerbis utar) oleum de citrangulis,  
 & eiusdem generis alia ex oleo amygdalarum dulcium  
 conficiant, quia uel minimũ habet exotici odoris, et odo-  
 res alios recipere potest. in hac uero dote omnia alia oleo-  
 rum genera oleum balaninũ ex glande unguetaria con-  
 fectum exuperat, quod oleũ de Been uulgo uocatur. Et  
 id myropole ad suscipiendos odores cæteris lubetius ac-  
 cipiunt. Docet & Dioscorides libro secundo modum a-  
 bluendi suillam adipem, et de odoratis adipibus pertra-  
 ctat, quæ diuerso fiunt modo, ad hunc eundem modũ mul-  
 ta unguetorum genera fieri possunt, ut uiolaceum, ne-  
 nupharinum, amaracinum. BRAS. Hoc me non la-  
 tet, uerum ad aliam unguenti speciem considerandam ac-  
 cedamus. SE. Vt lubet. BRAS. Illã igitur in exa-  
 men

## BRASAVOLI

men afferas, quæ secundo loco in tua sceda scripta est.

S E N E X. III.

Unguentum infrigidans Galeni uocatum sequitur.

BRAS. Neq; ab re, quia ubi infrigidare tam uehementer animus non est, rosaceo utimur unguento, ubi uehementius infrigidare, hoc Galeni. At quomodo illud conficis? SE. Ut Mesue facit Galeni cerotum ultimum in infrigidatione ualens ad febres acutas, & sodam calidam pulsatiuam.

Recipe cereæ albæ unc. I. uel lib. I.

Olei rosati omphacini unc. III. uel libras quatuor

Aquæ fontis claræ, & proprie uehementis frigoris quantum sufficit, oleum multoties & bene lauetur lauationibus multis, & quanto magis elaboratur in lauando illud fit excellentius. BRAS. Quomodo aquam, & oleum simul misces ut oleum lauetur? SE. Ego simul misceo oleum, & ceram ut ex ipsis mixtis unum corpus euadat, quod postea lauo. BRAS. Quot uicibus lauas? SE. Numerum nō habeo, sed toties lauo, contrecto, & lauando misceo q; album efficitur. BRAS. Veram habes lauandi regulam. nam toties lauari debet ut album efficiatur. cumq; unguentum hoc haud esse album uidebis, illa non esse probe lota iudicato, uel saltem nō fuisse probe ducta, aut agitata spatula, uel baculo. tamē & seorsum lauatur oleum aqua in phiala, uel in uitrea cucurbita. SE. Cum bis, aut ter fuerit elotū quid facit amplius elotio? BRAS. Semper aliquid pinguis ab oleo auferit, & aliquid mellis à cera, & frigidius semper euadit, frigidaq; aquæ qualitas uehementius imprimitur, nam frigidissima aqua lauari debet. SE. Nonnulli sunt qui

Qui rosacea lauant: est ne melius? BRAS. Immo pe-  
 ius, quia non est adeo frigida, ut aqua fontis, uel alicuius  
 nostratis putei, nam frigidissimam opus est accipere  
 aquam. adde & hoc unguentum humiditatem exigere,  
 quia eo plerūq; utimur ad infrigidandum unā, & hu-  
 mectandum. at maiorem humectandi uim huic presta-  
 bit aqua fontis q̄ rosacea, quæ forte illi non nihil addet  
 siccitatis, forte cōuenire posset quando laxiora mēbra  
 à nobis inungenda sunt, quæ aliquo adstringēte semper  
 indigent: tale membrum iecur est. SE. Iecur ergo hoc  
 infrigidante inungendū quandoq; est? BRAS. Cur eo  
 nō inungēdum iecur, si sit opus? SE. Arbitrabar lum-  
 bos, ac renes hoc esse inungendos, & nunq̄ ad aliam finē  
 uendidi, quā ad istum. BRAS. Quid scis tu an pro  
 dorso, an pro alio membro fuerit emptum? SEN. Ita  
 semper audiui. BRAS. Tamen plerūq; alia refrige-  
 ro, & humecto isto linimento membra. uerum absq; ace-  
 to uideris conficere medicamentum. SE. Nondum si-  
 niui, nam cum ad acetam perueneramus, impediisti me  
 ad alia sermonem conuertendo, at Mesue ita sequitur.  
 Ultimo uero conquassetur cum aceto albo, & claro, &  
 pauco, & seruetur. BRAS. Hoc album Galeni un-  
 guētum (ita enim ab aliquibus nominatur) uel ceratunt  
 infrigidās, ut Galenus in decimo Methodi uocat, uel ce-  
 ratum album est in maximo apud medicos usu in febri-  
 bus cum dorsum, aut renes dolent, nos uero eo etiam uti-  
 mur ad infrigidandum atq; humectandum cor, iecur, et  
 alia membra, quæ his qualitatibus indigent. SE. Cum  
 à Mesue dicatur esse Galeni compositionem quo nam lo-  
 co de illa pertractauit Galenus? BRAS. In decimo  
 Methodi



Methodi, classe septima, pag. 64. H. SE. Fit ne eodē  
 modo, ut retulit Mesue? BRAS. Mesue arbitratur  
 Galeni cōpositionem descripsisse, sed rem exquisite non  
 est affecutus, quia Galenus aquam in cōpositionem reci-  
 pit. SE. Galeni modum addiscere optarem. BRAS.  
 Si aures erexeris Galeni modū te docebo, & ipsius uer-  
 ba referam. de his loquitur quæ in febribus refrigerēt,  
 » atq; humectent, & ait. Incipiam autem ab eo medicami-  
 » ne, q̄ omniū quæ humectent ac refrigerent est simplicis-  
 » simum, quo etiā aduersus erysipelata uitor, & phlegmo-  
 » nas in pudendis, utiq; inter initia, priusq̄ depascens ali-  
 » qua subindicetur putredo. Præparādi uero modum sta-  
 » tim edocet cum ait. Debebit autē ad id præparata esse  
 » cera q̄ optima, & elota, En q̄ ipse ceram lauat, & docet  
 » quæ nā sit optima cera inquiens, Sane optima fuerit uel  
 » alba pontica, uel quæ ex atticis fit fauis, Esto autem &  
 » rosaceum quod ex oleo fit à nonnullis uocato omphaci-  
 » no, ab alijs crudo, quodq; citra salem sit confectum. Ma-  
 » xime uero ad rem pertinebit, si & ipsum oleum tenuiū  
 » prorsus sit partium cuius modi sabinum est. Cum uti uo-  
 » les, ambo mixta liquantur in uase duplici. Factoq; humi-  
 » do cerato (cuiusmodi, s. erit quod triplum aut quadrup-  
 » plum ad ceram rosaceum habet.) SEN. In hoc mihi  
 » placet Galenus qui ad uncias aut libras non se determi-  
 » nat, sed accipit ceræ quantum lubuerit, olei rosacei ad  
 » triplum aut quadruplū. BRASAVOLVS. Fit mo-  
 » lius si oleum ponas ad quadruplum, si ad triplum minus  
 » molle. SENE X. Compositionem obsecro profes-  
 » quaris. BRAS. Ita Galenus sequitur, Postquam ipsum  
 » fuerit refrigeratum, ei paulatim, in mortario, tantum  
 aquæ

quæ addatur, quantum in se dum cum ea molliatur acci-  
 pere possit. SE. Erit ergo per pauca aqua. BRAS.  
 Erit prorsus per pauca, sed intelligitur cerâ esse prius  
 egregie lotam. sequitur deinde Galenus. Expedi autem  
 & ceratum ipsum prius admodum esse refrigeratum, at  
 que etiam quæ huic admiscebit aquam esse frigidissimâ.  
 Abûde autem ceratum refrigerabis, si cum modice coi-  
 uit totum uas in quo continetur, in aquam frigidissimam  
 dimittas. SE. Galenus ergo acetum huic unguento non  
 miscet. BRAS. Nondum finiui, nam deinde sequitur.  
 Quod si aceti quoq; admodum tenuis, ac clari paululum  
 adijcere uelis, utiq; magis adhuc tum refrigerans, tû hu-  
 mectans medicamentum efficies. SE. Ergo necessario  
 non est apponendum acetum. RRAS. Non, ut ex Ga-  
 leno patet, nisi cum illud uolueris frigidius & humidius  
 efficere, & magis penetrâs: hocq; notato de huius cera-  
 ti usu quod dicit Galenus. Non debet autem medicamē-  
 tum hoc eò usq; super ægrum corpus manere, dum mani-  
 feste incaleat, sed assidue subinde mutari. SEN. Video  
 Galenum hoc uocare ceratum. BRAS. Et ceratū re-  
 frigerans, nam ceram recipit, & ab effectu quæ facit re-  
 frigerans uocatur, immo Ferrariæ ab omnibus pharma-  
 copolis Galeni refrigerans uocatur, ab alijs album Gale-  
 ni ceratum dicitur, inualuit etiam cōsuetudo ut unguen-  
 tum pro dorso, ab alijs p renibus nuncuparetur, cum tñ  
 & ad alia infrigidanda membra eo Galenus usus sit, &  
 conueniat. SE. Non uidetur ergo magna esse differen-  
 tia inter adductam ex Mesue compositionem, & hanc  
 quam tu ex Galeno adduxisti. BRAS. Non est tanta  
 ut magnificerem utram sumeres ac cōficeres: tamen Ga-

## BRASAVOLI

leni mos seruādus est, ut uiri authoritas conseruetur, me-  
 minit & huius cerati in primo de Simplicium medicamē-  
 torum facultatibus libro capite sexto: & in sexto de Sa-  
 nitate tuenda. Sed hoc in libro aceti loco semperuii suc-  
 cum miscet, solani, cotylidonis, psyllij, poligoni, tribuli,  
 portulacæ, lactucæ, & aliorum. plerūq; iubeo ceratum  
 cum aceto confectum semperuiæ succo pluries lauari.  
 Nota denique cum oleum rosatum omphacinum confici-  
 tur esse accipiendas rosas nondum perfectas, et nondum  
 apertas, hoc à Mesue notatur in capite de Rosis, quia o-  
 leum ex his rosis confectum est magis stypticum. SE.  
 Arbitror nullum esse ceratum in maiore usu quàm istud.  
 BRAS. Ita prorsus est, sed in maiori adhuc erit usu,  
 si eo medici ad omnes infrigidandas partes, quæ infrigi-  
 datione indigent, utantur, & eo non utantur tantum ad  
 renes infrigidādos. At tertium propone in tua scheda  
 descriptum unguentum.

## S E N E X V.

Unguentum de Nenuphare citrino tertio loco sedem ha-  
 bet. BRAS. Nec abre forte, ut infrigidans cerotum  
 sequatur, cum & ipsum infrigidet. At à quo authore il-  
 lud accipis? SE. Ignoro prorsus, & arbitror ex com-  
 positionibus esse quæ magistræales uocantur. BRAS.  
 Hoc profecto fatebor i usum uenisse sub nullo authore,  
 immo ut nullum habet authorem, ita est tam uaria com-  
 positio, ut duo Ferrariæ inueniri non possint pharmaco-  
 pole, qui eandem præcise habeant compositionem quæ  
 in pondere non differat, et in simplicibus. at tu quam ser-  
 uas compositionem? SE. Hanc quam nunc audies.

Recipe

Recipe Olei de nenuphare citrino lib. III.

Pulueris florum nenupharis drachm. II.

Sandalorum rubrorum	}	Singulor. scrupu. I.
Seminis acetosæ		
Coralorum rubrorū		

Osis de corde cerui	}	Sing. scrup. semis.
Margaritarū non perforatarū		

Camphoræ grana. III.

Misce omnia puluerizando, & cum modico ceræ nouæ  
ablutæ aquaroseæ fiat unguentum secundum artem.  
BRAS. At tu modo aliorum pharmacopolarum com-  
positiones audito. unus est, et tibi etiam pernecessarius,  
qui ita conficit.

Recipe olei nenupharini. lib. I.

Pulueris nenupharis citrini unc. I.

Sandalorum rubrorū	}	Sing. scrup. IIII.
Alborum		

Coralorum rubrorum

Seminis acetosæ

Osis de corde cerui	}	Sing. scrup. II.
Margaritarū nō perforatarū		

Camphoræ grana. XII.

Ceræ albæ unc. III.

Misce, & secundum artem confice unguentum. SE. A  
mea compositione in pondere penitus discrepat, & al-  
ba recipit sandala, quæ in mea descriptione non sunt.  
BRAS. Audias & aliam compositionem, quam alius  
seruat pharmacopola. SE. Iam audio, & totus sum

o ij aures

aures. BRAS. Est hæc.

Recipe olei nenupharini. lib. III.

Pulueris nenupharis citrini unc. III.

Sandalorum rubrorum

Seminis acetosæ

Corallorum rubrorum

Osis de corde cerui

Margaritarū nō perforatarū

Ceræ albæ aquarosacea lotæ, uel nenupharis quantum sufficit.

Misce & fiat unguentum secundū artem. SE. Et hæc compositio in aliorum simplicium ponderibus præterq̄ in oleo à mea differt, & camphoram non habet. BR A. Audias & alium nostratem pharmacopolā qui ita unguentum hoc conficit.

Recipe olei nenupharini lib. II.

Pulueris nenupharis citrini unc. II.

Sandalorum rubrorum

Seminis acetosæ

Corallorum rubrorum

Margaritarum scrup. III.

Camphoræ scrup. I. grana. IIII.

Ceræ unc. IIII.

Misce, & fiat unguentum secundum artem. SE. Hæc compositio à mea differt in simplicium ponderibus, & os etiam de corde cerui prætermittit. BRAS. Non est magnum dispendium, ut deinde ostendemus. Dixisti hoc esse unguetum (ut uocatis) magistrale, si illud apud aliquē authorem inuenirem quid premij offerres? SE. Quid tibi luberet, sed arbitror non esse authorem ali-

cuius

cuius momenti. BRAS. Immo non est propterea illi  
 sponte prætermitto, à te petens quis nam sit ipsius un-  
 guenti usus. SE. Dicunt cor infrigidare, ac roborare,  
 & potissimum in febribus. BRAS. Unguentum est  
 quo prorsus carere oporteret, si quidem ad cor roborandū  
 adhibeatur, Nymphaem etenim cor roborare à nullo  
 authore usquā dictum est, os uero de corde cerui, quod  
 est ossea quædam cartilago, ita cordi confert, ut os de  
 corde aselli, quod nihil penitus ad hoc ualet, ignoroq;  
 unde ortum habuerit hæc fabella, quod cor roborare  
 sit aptum, sola odorata cor roborare apta sunt. At neq;  
 os de corde cerui, neq; nympha odorata sunt, quia nym-  
 phea potius foetet. demptis sandalis, ac camphora nihil  
 est amplius quod redoleat, paucam præterea præbeo fi-  
 dem in cordis roboratione margaritis. SE. Ut conci-  
 pio tu compositionem hanc haud probas. BRAS. Mi-  
 nime omnium probo. Adde multo meliora adesse unguē-  
 ta ad cor refrigerandum quam istud, inter quæ ceratum  
 album Galeni, quod infrigidās uocatur potissimum est,  
 sed aliud adde illa quæ in febribus refrigerāt non debere  
 simul exiccare, quod facit hoc unguētum, propterea quā-  
 opus est in febre refrigerare infrigidāte Galeni utaris,  
 & si magis roborare uolueris, adde odorata frigida, im-  
 mo & si aliqua etiam commisceantur calida, modo frigi-  
 da superent, nihil refert. SE. Possum ergo in meo  
 pharmacopolio unguentum hoc prætermittere. BRA.  
 Potes quantum ad me spectat, quoniam illo nunq̄ deim-  
 ceptus utar, & superioribus annis rarissime usus sum, sed  
 illius loco Galeni infrigidante utar, aut simplici, aut ali-  
 quibus additis odoratis, ut cor magis roboret, nam sua

BRASAVOLI

sponte refrigerat, et humectat, quæ qualitates non adeo egregie à nenupharino unguento induci possunt. SE. Veruntamen si illud conficere uoluerim scire optarent quibus simplicibus uti deberem, & quomodo sit conficiendum. BRAS. Ego os de corde cerui, & margaritas à compositione abijcerem, ueluti ad unguenti intentionem inutilia. SE. At tu ad refrigerandum cor, atque roborandum quo unguento huius nenupharini loco uteris. BRAS. Infrigidante Galeni cerato uterer, nam rosæ cor roborat quia odoratæ. tamen si uehementius infrigidare uoluerim, & roborare ita unguentum parari iuberem, & cordis regionem inungi.

Recipe unguenti infrigidantis Galeni unc. III.

Sandalorum rubrorum } Sing. scrup. semis.  
Luteorum }

Ambracani gra. I.

Musci granum semis.

Succi limonis unc. semis.

Misce. hoc ita paratum cor refrigerat, & uehementer roborat. SE. Posteaquam huic unguento fidem non adhibes, ad aliud quod in mea scheda sequitur considerandum transeamus. BRAS. Ut lubet.

SENE X VI.

Unguentum Sandalinum sequentem locum occupat.

BRAS. A quo authore accipitur. SE. A Mesue, licet ipse sub nomine cerati de sandalis illud referat.

BRAS. De nomine non erit quæstio, compositionem ipsam adducito. SE. Hæc est quæ sequitur.

Recipe rosarum drach. XII.

Sandalorum rubrorum drach. X.

Alborum

Sandalorum alborum } Singulo. drach. VI.  
Luteorum }

Boli armeni drach. VII.

Spodij drach. .IIII.

Camphoræ drach. II.

Ceræ albæ drach. XXX.

Olei rosacei lib. I.

Conficiatur, & administretur. & sunt qui lauant oleū,  
& ceram prius, & postea permiscent cum alijs, & est  
melius. BRAS. Lauas ne tu ista? SE. Semper laui.  
BRAS. Non probō rosaceum lauari, sed oleum potius  
ē quo rosaceum coofectum est, debuit esse probē lotum,  
immo & esse omphacinum. SE. Ego ex communi oleo  
rosaceo conficio, quod prius probē abluo. BRAS. In  
hoc erras, quia rosaceo odorem aufers, atq; uires. SE.  
De odore ita esse experientia uidi, de uiribus autē igno-  
ro. BRAS. Immo non ignoras, quia si odorē aufers,  
indiciū est non esse amplius rosaceum, & rosarum ui-  
res amisisse. immo & hoc tibi addo non esse abluendam  
ceram, si albā accipis ut Mesue dicit, nam sæpius ablu-  
ta est, insolata, atq; expurgata, non enim dicendum est  
accipiendam illam quæ multum alba est, de qua alicubi  
mentionem facit Galenus, quia eiusmodi cera non ha-  
betur, nam alba quam habemus arte confecta est. SE.  
Ne autem arbitreris me aqua simplici hæc abluere, sed  
rosacea uitor. BRAS. Ut lubet facito, tamen non est  
necessaria eiusmodi lotio. SE. Est ne uerum quod sit  
ultimum ad sedandam inflammationem, & apostemata  
calida? BRAS. Immo non multum infrigidat, nam  
rubri, & lutei sandali caliditatem quādam habent, atq;

o iij spodium



spodium. De camphora ambiguum est num sit calida an  
 frigida, unde tantam frigiditatem in hoc unguento non  
 percipio, ut extreme frigidū dici debeat. SE. A Me-  
 sue dicitur sedare supercalesfactiones, quæ in stomacho  
 sunt & hepate, tamen nunquam uidi medicum qui hoc  
 unguento ad liniendum stomachum uteretur, sed omnes  
 ad iecur infrigidandum eo utuntur. BRAS. Tamen  
 uehementer non infrigidat, ubi uehementi indigemus  
 refrigeratione. SE. Ad iecur igitur refrigerādū quo-  
 uti deberemus? BRAS. Galeni infrigidante, & eo  
 iecur liniri. cum autem iecur sit membrum laxū necesse  
 est linimēta quibus deliniri debeat, aliqua styptica semp  
 recipere, & astringentia, Iccirco ad iecur refrigeran-  
 dum infrigidante Galeni utor cum portiuncula sanda-  
 lini. cum uero iecur resolutione indiget, oleo de absyn-  
 thio utor, cui nonnihil addo sandalini unguenti. & licet  
 Galeni refrigerans rosacei ratione aliquā habeat stypti-  
 citatem, tamen tanta non est, quantā exigit iecoris mol-  
 lities, ego que hoc utor unguēto ubi mediocriter exic-  
 care, & non calescere opus est, ut in renibus nonnunq̄  
 contingit. in sūma igitur unguētum hoc uel ceratū non  
 est uehementissimum infrigidans inflammationum, & ca-  
 lidorum apostematum, licet adstringat, & laxa mēbra  
 roborare possit. SE. Sunt ne antiqui de hoc cerato lo-  
 cuti? BRAS. Non quod sciuerim, & quomodo eorū  
 quispiam de hoc cerato tractare potuit, cum apud anti-  
 quos sandali essent ignoti? nam Arabes sunt sandalorū  
 inuentores, & ab Indis ad nos deferūtur. SE. Aliquos  
 audiui de sandalis disceptantes, & omnibus albos præse-  
 rentes. BRAS. Decipiuntur hi, nam alij potius præ-  
 stant,

stant, quia odorati, albi uero nihil penitus habent odoris. At de sandalino unguento satis dictum erit, si huc Serapionis cōpositio adducatur, quam refert tractatu septimo de Antidotis capite uigesimo septimo quæ est Dimat de sandalis, & ita conficitur.

Recipe rosarum drach. X.

Sandali albi } Sing. drach. V.  
Rubri }

Croci drach. II.

Camphoræ drach. I.

Ceræ unc. I.

Olei rosacei unc. III.

Misceantur, & administrentur.

SE. Est minor compositio quàm illa Mesue. BRAS.

Nonnulli Ferrariae sunt qui in tota compositioe in pondere differunt, & ita conficiunt.

Recipe ros. rub. unc. II.

Sandalorum rubrorum drach. XX.

Citrinorum } Singul. drach. XII.  
Alborum }

Boli armeni drach. XIII.

Spodij unc. I.

Camphoræ unc. semis.

Ceræ albæ unc. VII. & semis.

Olei rosati lib. II.

Misce. Alij ponunt in compositioe cōi ceræ unc. VI.

SE. Quem sequi debeo? BRAS. Mesuem.

SENE X VII.

Unguentum de Semperuiua ad examen uenit. BRAS.

A quo authore istud accipis? SE. Authorem prorsus ignoro

ignoro, sed à quibusdam audiui uocari unguentum de  
semperuiua Domini Bernabonis, ab alijs unguentum de  
semperuiua Montagnana. BRASA. Parum refert  
siue huius sit, siue illius authoris, nã illorum nemo fami-  
gerabilis est, & potius fibulis calciamentorum Galeni  
fides adhibenda est, quàm his oibus simul. SE. Tamen  
& ij fuere suo tempore probi uiri, diuites & qui in me-  
dica facultate multa negotia agebant. BRAS. Quod  
dicit profectò uerum est, tamen non sunt antiquioribus  
conferendi. At cõpositionem ipsam referto. SE. Hec  
est quæ sequitur.

Recipe Olei uiolati  
rosati

Singulor. unc. I.

Pinguedinis anseris drachm. VI.

Succi semperuiuæ. unc. III.

Bulliant omnia simul usq; ad succi consumptionem, po-  
stea adde croci scrup. I. & fiat unguentum. BRAS.  
Emollit unguentum hoc, & infrigidat, hocq; uehemen-  
tius facit quàm Galeni infrigidans, sed non adeo pene-  
trat. iccirco dici potest Galeni infrigidans magis refri-  
gerare intrinsecas partes quàm unguentum de semper-  
uiua. At in superficie magis infrigidat unguentũ de sem-  
peruiua, quàm Galeni ceratum. hoc inungi possunt &  
iecur, & renes, & omnes partes quæ in superficie refri-  
geratione indegent, & si una durities adesset emollien-  
da magis conueniret. SE. Cur succus in hoc unguento  
consumi debet? BRAS. Quod in hoc dico, idẽ in omni-  
bus alijs intelligito quæ succos recipiunt, cum herbarum

succi

succi cito corrumpantur, propterea si oleis miscerentur, omnia simul corrumpentur: iccirco ars modum inuenit uim succorum seruandi, quamuis succi ipsi absint, qui alioqui totam compositionem corrumpent: una igitur causa est cur consumi debeant succi putredo quæ in tota compositione sequeretur: in illa uero ebullitione, et si aliquo modo succi frigiditas remittatur: tamen in oleum imprimatur, ac recipitur, usque sempiternæ seruatur, immo et præsentæ pinguedine magis adhuc seruatur, quia illi magis inhaeret. præterea succi consumuntur, quia semper in magna sunt copia, magnaque fieret compositio, si integri in compositione seruariantur. Adde et in hac ebullitione, maiorem acquiri succis penetrationem. SEN. Cur additur crocus? BRAS. Ad emolliendum simul cum pinguedine, propterea ad inflammationes maturandas aliqui unguento isto usi sunt. SE. Quodnam oleum rosaceum accipi debet? BRAS. Omphacinum quando infrigidare intendimus. At si non intenderemus tam refrigerationi quam maturationi rosaceum simplex potius conueniret. SE. Rari sunt qui hoc unguento utantur. BRAS. Tamen in tuo illud seruas pharmacopolio. SE. Seruo prorsus, quia nonnunquam in usum uenit, aliqui eo utuntur ad combusta. SE. Fit ne apud aliquem authorem ex Arabibus saltem huius unguenti mentio? BRASA. Non quod sciuerim, tamen Serapio cuiuspiam cataplasmatibus ex sempiterna mentionem facit, Tractatu septimo, capite uigesimo septimo, quod iecori duro ex caliditate confert. SE. Serapionis descriptionem libenter audirem. BRAS. Audies si aures accommodabis. Ita enim inquit Serapio.

Recipe

Recipe summitatū semperui  
ue recentis

Summitatum uiolarum  
ficcarum

Summitatum rosarum  
ficcarum

Sandallorum alborum

Singu. aur. III.

Camphoræ drachm. I.

Dhererati non aromatizati aur. I.

Ceræ sextaria III.

Olei rosati quantum necesse est. misceatur, & admistretur. SE. Alia compositio hæc est ab unguento de semperuua, tñ ab ipsius intentione non multum dissentit. BRAS. Non ut uidetur. alij sunt Ferrariæ pharmacopola, qui tale seruant de semperuua unguentum.

Recipe olei rosati

uiolati

Singul. unc. III.

Pinguedinis anseris unc. II. drachm. II.

Succi semperuua unc. VIII.

Ceræ citrinæ unc. I. drachm. II.

Croci drach. I.

Misce, & fiat unguentum secundum artem. SE. Crocus hic additur ex superfluo. BRASA. Veruntamen & Ferrariæ, & Venetijs alij sunt pharmacopola, qui maiorem & ampliorem conficiunt compositionem, ita uero componunt.

Recipe Lithargyrij unciam semis.

Tutia

Tutia preparata } Sing. unc. I.  
 Cerussa }  
 Mastiches }  
 Sandaraca } Singulor. drachm. II.  
 Sarcocolla }  
 Olei rosacei libr. II.  
 Cerae albæ unc. VIII.  
 Succisemperiuae unc. III.

Misce, & secundum artem fiat unguentum. SE. Nisi  
 me coegeris illam semper seruabo de semperiua quam  
 retuli compositionem. BRAS. Et ego semper illam  
 seruandam esse intelligam.

## S E N E X.

## VIII.

Ad unguentum ergo de Plumbo pedem conferamus.  
 BRAS. Conferamus & manus, si pedes non sint satis,  
 uerum à quo authore accipitur eiusmodi unguentum?  
 SE. Audiui compositionem esse cuiuspiam Leonardi de  
 Berta palea Patauini. BRAS. Fuit suo tempore lau-  
 datus uir ille: & quod potuit in hac arte adimpleuit. Eo  
 enim tempore quo ille scripsit, aderat et librorum, et præ-  
 ceptorum inopia, tamen finem suum affecutus est, & un-  
 guentum hoc in capite de Erysipelate descripsit: quod  
 inquam unguentum in maximum uenit usum ad infrigi-  
 dandum, & exiccandum, ut in tota Europa iam receptum  
 sit, & in omni inueniatur pharmacopolio: sed huc ex  
 quibus constat adducito, ut compositionem ipsam contem-  
 plumur. SE. Hæc est huius unguenti compositio.

Recipe plumbi usti cum sulphure } Sing. unc. II.  
 Lithargyrij }  
 Cerussa

## BRASA VOLI

Ceruffe }  
 Antimonij } Singulorum unc. i.  
 Olei rosacei quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum molle. BRASA. Refrigerat, et exiccat, propterea erysipelas inungendum est, quoniam caliditas ipso remittitur, & materia exiccat, quæ erysipelas facit. serpentibus etiam confert ulceribus, cancris, & omnibus in summa exedentibus, quia sua frigiditate materierum acritudinē sedat. SE. Ad diu in his casibus multum conferre. BRASA. Et in alijs etiam similibus ubi exiccare, & refrigerare oportet, sed quomodo aduris ex sulphure plumbum? SE. Plumbeas laminas accipio, quas postea in ollam pono, et supra eas nonnihil sulphuris inijcio, ac extendo, demum laminas alias abrado, et supra primas extendo, sulphur etiam super inijciendo, & extendendo, hocq; quater, quinquies, & sexties facio, quoad olla sit plena, postea supra ollam ignem accendo. cum plumbum inflammat, ferrea uirga commisceo, quoad plumbum in cinerem conuertatur, ut nihil penitus de plumbi substantia relictum sit, quin sit totum in cinerem conuersum, postea ab igne remoueo, & in frigidari sino, interim uero et nares mihi claudio, & euito ne oculos meos fumus ille peringat, nam oculis perniciosus est, et cerebro. BRASA. Probe facis, tamen alius ad est comburendi plumbum modus, si scilicet limetur, et in scobē deducatur, postea cum illo sulphur misceatur, deinde olla igni apponatur, & ferrea uirga agitei, nam ita fit & plumbi adustio, et à multis probatur pharmacopolis, prima uero adustio leuiter est. SE. Alium etiam huius combustionis modum refert

refert Seruitor, est uero accipienda cerussa de plumbo sulphuris loco. Hispani plumbum accipiunt, & in aurificis furnum ponunt, folleq; instant, donec comburatur, deinde sulphur supra illud ponunt donec combustum sit, cum erit combustum colligunt, & ad usus reseruant. BRAS. Hoc est profectò adustum plumbum, & uno quoq; modo adustum est, tamen primus ille quem adduxisti modus mihi prorsus arridet, ueruntamen omnes hi modi in libello scripti sunt, qui seruitor nuncupatur.

Non ne omnia quæ compositionem hanc ingrediuntur, supra porphyricem lapidem extreme teris? SE. Id prorsus facio, quamuis & nonnulli sint quibus satis uidetur omnia in puluerem redigisse. BRAS. At illud exquisitius est, & unguentum pulchrius, atq; efficacius euadit, præsertim si in plūbeo mortario (ut fieri debet) conficiatur. aliqui tamen Ferariæ sunt seplasiarij, qui alio conficiunt modo, & in pondere differunt, neq; antimonium addunt. SENEX. Quomodo hi conficiunt?

BRBS. Hoc modo.

Recipe olei rosacei lib. I.

Cerussæ unc. III.

Plumbi usti loti unc. III. semis

Ceræ albæ unc. III.

Misce. SE. Iam differentiam agnosco & in ponderibus, & quia antimonium prætermisere, sed unde tanta diuersitas ortum habuit? BRAS. Ex uarijs (ut arbitror) scriptoribus, qui ita compositiones immutarūt, at alios audias ita ad consolidandum conficientes.

Recipe cerussæ unc. semis

Camphoræ drach. II.

Plumbi



Plumbi usti drach. I.  
 Bulliant in aqua rosacea & de super iniice  
 Aquæ rosarum unc. II.  
 Olei rosati unc. I.  
 Boli armeni unc. semis  
 Cere albæ drach. II.  
 Misce, & fiat unguētum secundū artem. Alij præterea  
 sunt & Venetijs, & Romæ, qui sequentem parant ac  
 seruant compositionem.

Recipe Lithargyrij	}	Singulorum unc. III.
Thuris		
Plumbi usti		
Aceti	}	Singulorum lib. I. semis
Succi solatri		
Olei myrtini		
Succi glycyrrhizæ	}	Singulorum unc. VI.
Succi saluiæ		
Succi scillæ		
Camphore unc. III.		

Cum modico cere fiat unguentum in mortario plūbeo.  
 SE. Ex tot rebus nunquam fieri audiui. BRAS. Ica-  
 circo neque ego hanc compositionem probo, sed potius  
 tuam parato, quam superius adduxisti compositionem,  
 & seruato.

SENE X. IX.

Ad unguentum de Minio me conferre oportet, quoniā  
 suam sedem post unguentum de plumbo habet. BRAS.  
 Et authorem à quo accipis adducito, & compositionem  
 explicato. SE. A quo authore accipiatur ignoro, tamē  
 ita conficio, ut à recentioribus scriptum est, nam Minij  
 lib. I.

lib. I. et sem. accipio, olei cōmunis lib. I. lēto igne coquo,  
 & in magdaleones reduco. BRAS. Alij accipiunt  
 minij lib. I. olei rosati uel olei myrtini lib. II. miscent &  
 in lingulā æreā ponunt, et lento igne bulliunt ad olei cō=  
 sumptionem, spatula semper agitando ne aduratur, sed  
 in bonam formam reducatur. SE. Hoc est quod facit  
 ut aliqui habeāt liquidius hoc unguentum, aliqui minus  
 liquidum, aliqui durius, immo illud quod ego seruo adeo  
 durum est ut ceratum uocari possit, (accipiendo nomen  
 ceratum ut à recentibus accipitur). BRAS. Simpli=  
 cissimum est hoc unguentum, quia nihil recipit præter  
 oleum & minium, ualet ad inflammatas partes, ad ery=  
 sipelata, ad supercalefactas partes, præsertim quan=  
 do exiccatione simul indigemus, in malignis ulceribus  
 calidis cōuenit, et in summa ubi frigiditas exigitur, atq;  
 siccitas. SE. Probas ne ut commune oleum potius ac=  
 cipiatur quam rosaceum, uel myrtinum? BRASA.  
 Nemo ambigere debet rosaceum, atq; myrtinum ad un=  
 guentum intentionem potius accedere quàm commune  
 oleum, quoniam rosaceum frigefacit, roborat, atq; exic=  
 cat, præsertim si omphacinum accipiatur, magis exic=  
 cat, si cum myrtino fiat. reperitur apud authores bar=  
 baros eiusmodi unguentum ut apud Argillatam &  
 Bertapaleam, authores quidem suo tempore celebres,  
 sed quibus & libri deerant atq; linguæ, nec adeo erant  
 in compositionibus, ac simplicibus uersati ut nunc homi=  
 nes sunt. SE. Ex his quæ dixisti nullus est antiquus  
 author qui de hoc unguento pertractauerit. BRAS.  
 Nullus quem sciam.

## BRASAVOLI

SENE X.

X.

Vnguetum igitur Apostolorum contēplemur. BRAS. S. A. Ut lubet, ueruntamen unguentum hoc antiquissimum esse nō potest, cum mille quingenti, & uiginti anni sint quōd extitere Apostoli, nec mirum quod ab Apostolis aliquod unguētum, uel linimentum denominatum sit, ac compositum, quia Apostoli inungebāt agros, & sanabantur, sed à quo authore illud accipis? SE. Ab Auicenna in quinto Canone. BRAS. Ipsius compositionem edisseras. SE. Hęc est quę sequitur, quam unguentum apostolicum nominari dicit, & unguentum Veneris, forte quia pustulas sanat, quę supra uirile mēbrum excitātur, dum hō per uteri labia uirile membrū in ueneris agitatione perfricat, inquit uero Auicenna,

Recipe terebinthinę

Cerę albę

Resinę

Oppopanacis

Floris aris

Ammoniāci drach. XIII.

Aristolochię longę

Thuris masculi

Myrrhę

Galbani

Bdellij drach. VI.

Lithargyrij drach. IX.

Infundatur bdellium in aceto uini, & decoquatur in estate cum duabus libris olei, & in hyeme cum tribus libris. BRAS. Facis ne tu quantitatis differentiam in

oleo

oleo in hyeme, & in æstate? SE. Vt ingenue fatear raro duas libras excedo. At tu hoc mihi indicato, Pharmacopola illi, qui ab æstate ad hyemem totam cõpositione non uendunt, nihil tamẽ olei addunt, hoc ne faciunt? BRAS. Et hoc est quod quandoq; durius est eiuscemo di unguentum, quandoq; liquidius. At pharmacopola sunt longe in hac compositione differentes non solum Ferrariæ, sed & in tota Italia, ignoroq; unde suas illas compositiones acceperint, nisi suos quosdam receptio- num libros sequatur, & non authores. SE. Ni pigeat diuersitatem mihi ostende. BRAS. En quidam terebinthinam nõ apponunt, & in ponderibus uariant hoc modo componentes.

Recipe ceræ albæ unc. V. & semis.

Resinæ pini unc. II. & semis.

Oppopanacis drach. VI.

Floris æris unc. II.

Ammoniacci drach. XIII.

Aristolochiæ rotundæ } Sing. drach. VI.

Thuris

Myrrhæ

Galbani

} Singul. drach. III.

Bdellij drach. VI.

Lithargyrij drach. IX.

Olei communis lib. II.

Misce, & fiat unguentum secundum artem. SE. Vi- deo hos prætermisisse terebinthinam, & in simplicium ponderibus multũ differre. BRAS. At si alios inspi- cies in tota ferè compositione differre quid dices? SE. Dicam illos à tota aberrare uia. BRAS. Ita igitur de

p ij his

his dicere incipito, quoniam aliqui & Ferraria, & in alijs Italiae urbibus ita conficiunt.

Recipe olei myrtini lib. I.

Terebinthinae unc. III.

Viridis aeris unc. II.

Galbani drach. VI.

Iridis drach. III.

Cerae unc. III.

Misce, & fiat unguetum secundum artem. SE. Talem compositionem nunquam audiui, quavis longaeuus sim, & per multa uersatus pharmacopolia, sed tu quam compositionem probas? BRAS. Illam quam ex Auicenna attulisti, & omnes qui compositionem hanc conficiunt Auicennam sequi debent, nam ab ipso summitur hoc unguentum, & idem author dicit difficiles fistulas cum facilitate rectificare, & paruas strumas, nec aliquid est ei simile, & muudificat uulnera ex carne mortua, & pure, & consolidat, & dicitur quod est medicina duodecim Apostolorum. SE. Arbitrabar Auicennam fuisse infidelem. BRAS. Et cur nunc est idem non arbitraris? SE. Quia adducit Apostolos, & illorum numerum nescit. BRAS. Hoc non facit quod CHRISTI fidem secutus sit, uel non secutus. SE. Hoc uerum est, sed arbitrabar Auicennam extitisse antequam Apostoli ad apostolatam fuissent uocati. BRASA. Immo Auicenna M CXLIX. annis post CHRISTI ortum uixit. SE. Fuere ne ipsius inuētores Apostoli? BRAS. Non (ut arbitror) sed ita uocatum est, quia ex duodecim simplicibus constat, & oleo quod pro CHRISTO accipitur, immo fuere quidam fatui, ne dicam temerarij  
qui

qui conati sunt unūquodq; simplex medicamentū secundum proprietatem unicuiq; Apostolo accommodare, & oleum fecere CHRISTVM, quia CHRISTVS significat unctum. SE. Hoc est potius curiosum quam uerum. BRAS. Immo deridendum, sed audias quid contigerit ALEXAMRO Pontifici maximo ex gente Borgia. Cum nonnunquā sordido ulcere in crure laboraret: chirurgus unguentum hoc apposuit: interrogauit Pontifex quod nā esset unguenti genus, respondit chirurgus esse unguentū mirabile ab apostolis inuentoribus, Apostolorū unguentum uocatum: cum recessisset chirurgus, & unguētum in ulcus agere cœpisset, & ad uiuam carnē peruenisset, sua acredine dolorem in crus inducebat, tunc Pontifex de chirurgo conqueri cœpit, utpote qui Iudam inter alios apostolos in unguento reliquisset: mirabatur enim de tāto dolore, nisi Iudas simul cum alijs fuisset mixtus. SE. Ridiculum profecto fuit Pontificis dictum. at reperitur ne apud antiquos hoc unguentum? BRAS. Compositionē aliam prius audito, quam nōnulli Ferrariae parant, quae à praescripta in pōderibus differt, postea de antiquis uerba faciemus. SE. Quae nam est? BRAS. Haec quae sequitur.

Recipe cere albæ unc. V. & semis.

Resinae pini unc. I. & semis.

Oppopanax } Singul. drach. VI.

Floris eris

Ammoniacy drach. XIII.

Aristolochiae rotundae } Singul. drach. III.

Galbani

Bdellij drach. VI.

p ij      Lithar=

## BRASAVOLI

Lithargyrij drach. IX.

Olei communis lib. II.

Quæ sunt in puluerem redigenda redigantur, & setaceo cribro tenuissime excernantur, gummi uero genera ad ignem applicentur, acetoq; dissoluantur, quibus dissolutis cera addatur, & deniq; oleum, & hoc totum percoletur, iterumque igni addatur, cum uero tepescere incepit spatula continue agitando, pulueres addantur, et res aliæ, in frigidariq; sinatur, postea diu spatula agitet, & ad usum seruetur. S E. Pauca adest cum secunda quæ attulisti cõpositione differentia uerum ad antiquas accedito. BRAS. Compositiones illæ, quæ æris æruginem recipiunt, omnes à Galeno in secundo de Compositione medicamentorum per genera uiridia medicamentata à colore nuncupantur, hæ uero compositiones omnes æris æruginem, & ceram recipiunt, immo cum huius unguenti intetio sit sordida ulcera emũdare, expurgare, atq; exiccare, si solam ceram acciperemus hoc efficere non possent, etiam si in sordidum inijceretur, nam neq; detergit, neq; exiccat, si uero æruginem sola uteremur, exederet, & phlegmonem excitaret, propterea ut hæc duo euitentur, hæc simul cõmiscet Galenus, & medium facit ex duodecim ceræ partibus, & una æruginis, in cõpositionibus uero supius enarratis plura alia sunt quæ cera & ærugo. At apud antiquos diuersa scripta sunt uiridia, quæ ex his simplicibus aliqua recipiunt, quæ in Auicennæ compositione inserta sunt, nulla autem est cõpositio, quæ illam æquet. S E. Cum nobis tantum otij datum sit, ut quatuor horarum, immo & sex spatio unã loqui possimus, ne laborẽ subterfugias. Compositiones aliquas

VNGVENTOR. EXAMEN. 112

aliquas ex his antiquis adducendi, ut experiri possimus  
an cum ea quam seruamus compositione conueniant.

BRASA. En igitur simplicis emplastri uiridis apud  
Andromachum compositio.

Recipe resinæ lib. II.

Ceræ lib. I.

Olei cyathos duos

Æruginis unc. II. alij unc. III.

Misce. ualet ad purganda ulcera, et exiccandum. Gal-  
lus uero antiquus medicus tali uiridi usus est.

Recipe resinæ strobilinæ denarium pōdo trecentorum

Ceræ denarium pondo centum

Æruginis rasæ denarium pondo quinquaginta

Thuris denarium pondo uiginti quinq;

Aceti quātum satis est. ualet ad gangrenas putredines,  
nomas uetustas, & maligna. S.E. Percipio animo ad  
unguēti Apostolorum intentionem hæc cōuenire, tamē  
idem unguentum esse non possunt. BRAS. Sed &  
aliud uiride audias, quod fuit apud antiquos in usu, cu-  
ius compositio hæc est.

Recipe æruginis rasæ denarium pondo nouem

Chryfocollæ denarium pondo nouem

Terebinthinæ pondo minam unciarum sexdecim.

Ceræ minæ dimidium.

Aceti parum.

Misce. Aliud quoq; audito q; in usu erat.

Recipe æruginis rasæ pondo.

Mannæ unc. decem.

Sed Andromachus addit pondo libram.

p iij

Ceræ



BRASAVOLI

Cera

Resinæ frictæ

Resinæ liquida

Olei cyathum.

Aceti quantum satis est.

Andromachus addit guttæ ammoniaci pondo unc. X,

Misce. Aliud quoq; simile referā uocatum Molochinū.

Recipe æruginis rase pondo.

Picis pondo duo

Mannæ pondo

Ceræ pondo duo

Resinæ pondo duo

Olei pondo

Aceti quantum sufficiat

Misce. Aliud etiam uiride refert eodē loco Galenus uocatum hecatondrachmon ex his constans.

Recipe guttæ ammoniaci denarium pondo octo

Squamæ denarium pondo duodecim

Mannæ denarium pondo octo

Resinæ siccæ denarium pondo duodecim

Æruginis denarium pondo octo

Seui uitulini denarium pondo quatuordecim

Resinæ terebinthinæ denarium pondo octo

Ceræ denarium pondo triginta

Olei quartam cyathi partem

Aceti quantum sarisem

Misce. SE. Hoc uidetur quodammodo accedere ad nostrum apostolorum uocatum. BRAS. Immo hoc uti deberemus, nam ut Galenus ait magna uulnera glutinare potest, & sordida ulcera purgare, ubi ceratum inter

liquefcendum

liquefendum adsumpserit, carni producenda est. priusque uero liquefactum sit, crassas ulcerum oras sanare, et sinus iungere in totum digerere & repellere potest. SEN. Optimum est ergo eiusmodi uiride. BRAS. Optimum quidem, sed aliud Epigoni uiride refert Galenus magis propinquum unguento apostolorum Auicennae. ipsius confectio haec est.

Recipe aris usti

Salis ammoniaci

Aeris squamæ

Aeruginis

Guttæ ammoniaci

Aristolochiæ

Thuris

} Singul. denarium pondo octo  
hoc est unciam

Aloes

Myrhæ

Chalbani

} Sin. sexquiplū, hoc est uncia semissem

Aluminis rotundi denariorum pondo sex

Resinæ colophonice denariorum pondo ducentorum

Ceræ dimidium, id est centum

Olei hemina dimidium, alij quintam partem.

Aceti quantum satis est

Radicis dracōtij unciam semis, quod est denariorum pondo quatuor.

SE. Eiusmodi compositio nostro uocato apostolorum unguento multum affinis est. BRAS. Sed audias & uiride Passionis.

Recipe resinæ colophonice denariorum pōdo trecentorum  
Ceræ denariorum pondo centum quinquaginta

Aeruginis denariorum pondo octo

Aluminis

BRASAVOLI

Alumminis rotundi tantundem

AERis squamæ denariorum pondo duodecim

Thuris denariorum pondo sexdecim

Aeris combusti denariorum pondo octo

Salis ammoniaci denariorum pondo octo

Olei dimidium cyathi

Aceti quantum sufficit.

SE. Mihi uidetur præcedentem compositionem nostro uocato apostolorum unguento magis affinem esse quam istam. BRAS. Ita prorsus est. sed Alcimionis uiride auditò, quod ita ab illo authore conficiebatur.

Recipe terebinthinæ denarium pondo ducentorum

Ceræ denarium pondo centum quinquaginta

AERis squammæ denarium pondo decem & octo

AERuginis rasæ denarium pondo sexdecim

Alumminis rotundi tantundem

Chalbani sex

Thuris denarium pondo decem

Salis ammoniaci denarium pondo duodecim

AERis combusti denarium pondo sexdecim

Aristolochiæ denarium pondo decem

Aloes indicæ denarium pondo duodecim

Myrrhæ denarium pondo sexdecim

Guttæ ammoniaci denarium pondo decem & octo

Chalbani denarium pondo duodecim, alij octo

Olei heminæ dimidium

Aceti tantundem

SE. Et hoc uidetur efficax unguentum. BRAS. Immo efficacissimum est, & ego unguenti Apostolorum loco hoc Alcimionis uterer. extant multa alia uiridia,  
que

que præducto loco à Galeno referuntur, tamen hæc que dicta sunt, satis uidentur ostendendum quod antiqui similibus uterentur unguentis nostro Apostolorum uocato. SE. Vis ergo ut unguenti Apostolorum Aui- cenna loco hoc conficiam & seruem quod nunc adduxi sti? BRAS. Hoc ipsum optarem, et ut alij medici ipso uterentur maxime conducibili. Nota præterea uiride eris, ut medico magis & minus abstergere placebit ex- dere, & exicare: augeri & diminui posse. SE. Pote- rit igitur & nostrum Apostolorum emplastrum uiride nuncupari? BRAS. Quid impedit? immo illum ha- bet colorem, & ut Galenus præcitato loco docet, in si- milibus unguentis ærugo non modica immittitur, ut & aliorum colorem uincat, & omnia in suum permutet, tamen ut probe uiridis color seruetur, à Galeno regula quadam præbetur, cum ait. At inter coquendum non ce oportet æruginem super ignem coeuntibus cõmittere, ce uerum ubi in mortario unitas facta est, admiscere, si co- ce lore uiride medicamētum permanere desideras. uerun- ce tamen hoc prætermissio emplastro ad alia te conferas.

S E N E X. XI.

Vnguentum pectorale suam sedem hic habet. BRAS. Vnguētum hoc ualde ambiguum est, quia diuersi diuer- sis utuntur unguentis que pectoralia uocant. At tu ipse quod nam seruas? SE. Illud tibi referam. BRAS. Referto igitur. SE. Est hoc quod sequitur.

Recipe mucilaginis psyllij	}	Sing. unc. I.
Tragacanthi		
Gummi Arabici		
		Seminis

Seminis lini

Fœnu græci

Pinguedinis Gallinæ

Medullæ vitulinæ

Butyri recentis loti aqua uiolarum

Olei uiolati

Amygdalarum dulciū

} Sin. unc. I. et s.

} Sing. unc. I.

Ceræ albæ quantum sufficit. Misce, & fiat unguentum molle pro pectore. BRAS. Unguentum hoc diu seruari non potest quin rance scat. SE. Ego tam frequenter illud uendo, ut rance scendi tempus minime detur. nō nulli tamen sunt, qui totum parant, & pinguedinem nō addunt, neq; butyrum: postea cum in usum uenit hæc addunt, ne tempore rance scat. BRAS. Alij sunt Ferrariæ, qui aliud seruant pectorale unguentū. SE. Quodnam? BRAS. Istud.

Recipe pinguedinis Anatis

Gallinæ

Butyri recentis unc. I.

Croci drachm. I.

Olei uiolati unc. II.

Ceræ albæ unc. VII.

} Sing. unc. I. &amp; sem.

Misce, & fiat unguentum molle, quod postea aqua hordei tepida bis lauetur. SE. Hoc est unguentū illud quod diu perdurare non potest quin rance scat. BRASA. Iccirco ego illo non utor quod seruant pharmacopola, sed cum eo indigeo statim indico ut fiat, & modo aliqua addo, modo diminuo, ut mihi opportunum uidetur: nam quandoq; ita indico.

Recipe

Recipe olei amygdalarum dulcium unc. II.

Violacei unc. I.

Pinguedinis gallinae unc. sem.

Misce, & cum cera fiat linimentum molle.

Quandoq; ita simpliciter indico.

Recipe olei amygdalarum dulcium unc. II.

Butyri recentis unc. sem.

Misce. Nonnunquam in his qui in hecticam inclinant hoc modo indicimus.

Recipe Olei uiolati unc. III.

Amygdalarum dulcium unc. I.

Misce, & cum cera fiat linimentum molle.

Nonnunquam pinguedines addo, & macilagine, nonnunquam hæc prætermitto, at tunc pharmacopolis indico, cum uolo ut ægri eo utantur. SE. Memini præceptorẽ meũ alijs usum esse pectoralibus unguẽtis. B R A. Et tu illa referto, ne uel iota unum prætermittamus.

SENE X. Hoc quod sequitur erat commune quoddam quod seruabat.

Recipe Olei liliorum alborũ

Butyri recentis

Pinguedinis gallinae

Singulor. drachm. III.

Olei chamæmelini unc. II.

Amygdalarum dulcium unc. II.

Rosacei unc. II.

Cerae albæ unc. III.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

Aliud etiam seruabat in quorundam medicorum gratiam: erat uero hoc quod sequitur.

Recipe

BRASAVOLI

Recipe Pinguedi-  
nis anseris  
Gallinae

Singulorum unciam sem.

Butyri recentis unciam unam

Croci drachm. I.

Cerae albæ unc. VI.

Misce, & fiat unguentum molle, quod postea aqua tepida lauetur. BRAS. Posteaquam tu duo unguentorum pectoralium genera adduxisti, quæ in usu erant dum adhuc puer esses, et pharmacopolarum artem addiscebatur, ego tibi tria genera patefaciam, quæ nunc pharmacopole Ferrariae seruant: immo et per totam ferè Italiã seruatur: nonnulli etenim hanc compositionem parant.

Recipe olei liliorum al-  
borum

Violati

Pinguedinis gallinae

Butyri recentis

Singulor. unc. IIII.

Olei amygdalarum dulcium unc. II. drachm. II.

Cerae albæ unc. I. & sem.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

Alij sunt qui illam quæ sequitur seruant pro unguento pectorali compositionem.

Recipe Olei amygd. dulcium.

Liliorum alborum

Pinguedinis gallinae

Mucilaginis althæe

Seminũ citoniorũ

Sing. unc. I. & sem.

Singulo. drachm. I.

Misce

Misce, & secundum artem conficiatur unguentum.  
Immo unus est Ferrariae pharmacopola, qui hanc simplicem seruat compositionem.

Recipe olei uiolati } Singulorum unc. III.  
Butyri }  
Olei amygd. dul. } Singulorum unc. II.  
Cerae albæ }

Misce. SE. Magnæ ergo sunt apud pharmacopolas in hoc unguento diuersitates. BRAS. Immo maxima, nam aliam statim afferam cõpositionem, quam alij seruant Ferrariae, ut rari sint duo pharmacopola qui eandem seruent cum alijs compositionem. SE. Illam igitur referto. BRAS. Hæc est quæ sequitur.

Recipe olei amygd. dul. unc. III.  
Chamæmelini } Singulorum unc. III.  
Violati }  
Adipts Gallinæ } Singulorum unc. II.  
Anatis }  
Butyri recentis unc. VI.  
Iridis subtiliter puluerizati drach. II.  
Croci drach. semis  
Cerae albæ unc. III.

Misce, & fiat unguentum secundum artem omnia simul liquefaciendo, in fineq; iris ac crocus addantur, deinde tribus, aut quatuor uicibus hordei aqua tepida lauetur. SE. Et hoc etiam ex illis erit unguentis quæ facile rancescunt. Iccirco si pharmacopola frequenter non uëdat seruari nõ debet. BRAS. Tñ opus est ut pinguedines serues. SE. Seruo, & quam optime coquendo, & zucaro tenuiter puluerizando aspergendo, butyrum uero  
semper



semper ferè recens habetur. BRAS. Habentur apud  
 Mesuem in capite de Asthmate pectorales inunctiones,  
 at sunt olea simplicia. SE. Quam igitur hæctenus cõ-  
 positionem seruaturus sum? BRAS. Nullam prorsus  
 ex his compositionibus seruarem, sed sinerem medicum  
 ut illi placeret indicare: nam multe sunt affectiones qua  
 pectori contingunt, quarum unaquæq; diuersas expetit  
 inunctiones, propterea communis inunctio pectoralis,  
 qua ad omnes affectus conueniat fieri non potest, nam  
 quandoque affectio calida est, quandoq; frigida, quando  
 que humida, quandoq; sicca, quandoq; ex his commixta.  
 Mihi igitur uideretur medicum affectum ipsum conside-  
 rare oportere, & ut affectus exigit ita compositionem  
 indicare: tamen quia plerunq; eiusmodi unguenta ad-  
 tusim adhibetur, ad sputum excitandum, ad emollien-  
 dum, & pectus dilatandum: propterea à leuioribus inci-  
 pere soleo, si febris adsit, uiolaceum oleum cum rosacco  
 miscendo, & ex cera linimentum parando, si febris ab-  
 sit oleum uiolaceum posthabeo, butyrumq; addo, deinde  
 anatis pinguedinem, et gallinæ, post hæc mucillagines ad-  
 do, deinde ad hoc aliud transeo.

Recipe Olei amygdala-  
 rum dulc. } Singulorum unc. II.  
 Liliorum alborum }

Pinguedinis anseris } Singul. unc. I.  
 Gallinæ }

Butyri unc. I. & sem.

Mucilaginis

Mucilaginis seminum

Lini

Psyllij

Fœnu græci

Althææ

} Singul. drachm. III.

Misce, & cum cera fiat linimentum molle, postea ex oleo de cheir conficio, et de hyssopo cū prædictis rebus, iridisq; radicis puluerem addo, & liliorum alborum. Quâdoque simpliciter ita usus sum, in fine. s. postquam iusserim etiam fieri fomentum.

Recipe Olei de cheir uncias. III.

Liliorum alborum

De hyssopo

} Singul. unc. I.

Pulueris radicis uiridis. unc. semis.

Hyssopi ceroti unc. I. & sem.

Misce. SE. Deniq; unguentum hoc deinceps haud seruabo. BRASA. Pro alijs medicis quod lubet agito, in meum uero nomen nunquam parato: cum uero illo indigero, semp ut conuenit indicã. Alij seruant et aliud unguentū pectorale de adipibus uocatum, qd' ita cōficiunt.

Recipe Adipis gallinæ

Anseris

Anatis

Butyri recentis

Sing. unc. VI.

Ceræ albæ unc. IIII.

Olei chamæmelini

Amygdalarū dulcium

} Singulorum unc. III.

Misce, & fiat unguētum, de hocq; satis dictum uidetur.

q SENEX.

Ad Digestiuum igitur unguentum accedere oportet.  
 BRAS. Et hoc est apud medicos, & pharmacopolas in  
 constantissimum. SE. Quomodo inconstantissimum?  
 BRAS. Quia nullus ferè est pharmacopola, qui illud  
 non uariet. SE. Immo rari euariant, nã maxima phar  
 macopolarum pars ex uitello oui, & terebinthina con=  
 ficit. BRAS. Absq; oleo? SE. Absq; oleo. BRAS.  
 Hoc profecto ignorabam. SE. Nunc istud scito, apud  
 maximam pharmacopolarum partem cū indicitur un=  
 guentum digestiuum uitellū oui accipiunt cum terebin=  
 thina etiam absq; ordine, pondere ac mensura, terebin=  
 thinaq; ex simplici aqua semper lauant, nisi à medico  
 aliud præcipiatur, quod scilicet aqua rosacea, uel aqua  
 plätaginis abluatur, aut alia simili ut medico uidebitur  
 fieri oportere. BRAS. Mihi displicet rosaceum præ=  
 termittere, à multis non seruatur, quia ob oui uitellū diu  
 non durat quin putrescat, in hyeme diutius p durare po=  
 test, ars exigit ut ita fiat.

Recipe terebinthinae lotæ unc. II.

Vitella ouorum numero. II.

Olei rosacei quantum sufficit.

Misce, & probè iungantur, si uero ulcus calidum esset,  
 & de inflammatione timeretur, simplicis rosati loco om=  
 phacinum rosatū accipiatur, et terebinthina plätaginis  
 aqua lauetur. nonnulli sunt qui ita cõficiunt, ac seruant.

Recipe terebinthinae lotæ unc. I.

Vitella ouorum numero. I.

Farinæ hordei drach. I.

Croci gra. III.

Olei

Olei rosati modicum.

Misce, & seruetur ad usus.

SE. Non mihi displicet eiusmodi digestiuū. BRAS. Alij quòd sequitur seruant, & cum à medicis digestiuū unguentum indicitur, præbent.

Recipe terebinthinæ lotæ cum cretico lib. semis.

Vitella ouorum numero. III.

Farinæ hordei unc. semis.

Croci scrup. I.

Misce, & fiat unguentum.

SE. Non differt hoc unguentum præterquã in lotionem à prædicto. BRAS. Immo differt etiam in oleo, quia oleum nõ adijcit. SE. Dic quo lauant terebinthinam, qui ante hunc relatam conficiunt unguetum? BRAS. Aliàs à me dictum est, cum à medico non dicitur quo lauari debeat terebinthina, semper intelligendum est simplici aqua lauandam. Nonnulli eandem quidem seruant compositionem, sed in pondere differunt, nã accipiunt.

Terebinthinæ lotæ drach. VI.

Croci drach. semis.

Vitella ouorum numero. I.

Miscent probe simul absq; igne, & seruant.

SEN. Cur uino cretico lauant? BRAS. Vt eorum in uulneribus compositis, & ubi adsunt dolores circa neruos uulneratos, uel ob neruos affectos. Immo non tantum digerit, sed etiam mundificat, tamẽ simplicissimum digestiuum ex farina hordei fieri pöt, uitello oui, & oleo rosaceo absq; terebinthina, quæ uim habet etiã abstergendi, & mundificandi. si ulcus factum non sit sed adsit tantum abscessus. Galeni cõpositio plurimum ua-

let ex farina triticea, oleo, et aqua quæ in olla bulliant, quousq; in quandam pultis formam redacta sint. In digestiuo etiam cõm uni si farina uti uoluerim uterer potius farina triticea, quàm hordeacea, quãdo inflammationẽ fieri non timetur. Patauij nonnulli cum terebinthina, et uitello oui mel rosaceum miscent, hicq; de digestiuo unguento finem faciamus.

## S E N E X. XIII.

Ergo Mundificatiuum unguentum contemplemur. BRAS. Neq; unguentum hoc satis constans est, quoniam diuersi pharmacopola diuersa seruant unguentorum mundificatiuorũ genera, immo & ad ulcera emundanda utimur & unguento apostolorum, & ægyptiaco uocato unguento, et alijs multis. At tu quod nam seruas pro mundificatiuo unguento in tuo pharmacopolio? SE. Istud seruo quod referã, & semper cum à chirurgo indicitur mundificatiuum unguentum præbeo.

Recipe aloes

Myrrha

Sarcocolla

Terebinthina lib. I.

Mellis rosati colati unc. V.

Misce. BRAS. Alij sunt qui eisdem præcise utuntur simplicibus, sed in pondere uariant, ita enim cõficiunt.

Recipe terebinthinae unc. VI.

Mellis rosati colati lib. I.

Myrrha

Sarcocolla

Aloes

Singul. drach. II.

Misce,

Misce, & hoc modo fiat unguentum molle, mel rosatum in ollam ponatur apud ignē, & modicum bulliat: deinde ab igne remoueat, & infrigidari sinatur, postea terebinthina addatur, & egregie unā misceant: deinde myrrha, sarcocolla, & aloë tenuissime puluerizata ad minima misceantur, ad ususq; seruentur. SE. Et ego eodē modo meum conficio mundificatiuum. BRAS. Alij uero Ferrariæ sunt, qui sequentem seruant, & cum a medicis indicitur præbent.

Recipe terebinthinae lib. I.

Mellis rosati colati unc. VI.

Sarcocollæ

Myrrhæ

Aloes

Iridis

Thuris

} Singul. drach. III.

Misce & fiat unguentum secundum artem.

SE. Mihi non displicet, & iridem & thus apponere.

BRAS. Tamen chaos uidetur, tantā esse apud pharmacopolas diuersitatem, sunt deinde qui ita conficiant, in solo differentes pondere, & duobus simplicibus quæ prætereunt.

Recipe terebinthinae lib. II.

Mellis rosati colati lib. I.

Aloes

Sarcocollæ

Myrrhæ

} Singul. unc. I. semis.

Misce. SE. In tanta diuersitate quod nam seruare deo? BRAS. Ex his nullum seruarem, sed tunc conficerem cum a medicis indicitur. SEN. Pleriq; medici

q iij quid

quid cōpositionem ingrediatur ignorant, sed solum unguenti mundificatiui nomen memoria tenent. BRAS. Iccirco optarem ut unusquisq; medicus qui mūdificatiuo indiget à leuioribus inciperet, primo eoq; uteretur, quod ex terebinthina & melle rosaceo cōficitur, postea cum maiori indiget mūdificatione, nō nihil adderet acceti, deinde aloem adderet, & myrrham. sarcocolla in hoc casu nunquam uterer, postea iridis radicem adderem, deniq; unguentis uterer, quæ uiride æris accipiunt, aut primo adderem nō nihil uiridis æris ultimo unguento, postea uiridibus uterer unguētis. Si hic seruarietur ordo, non pararetur apud pharmacopolas unguentū mundificatiuū, sed unusquisq; medicus secundum exigētiam sibi unum uel simplex uel cōpositum effici iuberet, nam indies quæ magis emundant addere potest.

S E N E X.

XIII.

Subtile uocatum unguentum in arenam descendit. BRAS. Vnguētum statim contemplatum à nullo auctore ortum habet, ut uideo. SE. Neq; istud de quo nūc sermo futurus est (quod sciuerim) authorem habet. BRAS. Ex se igitur ortum habuit? SE. Arbitror fuisse aliquem medicum, qui illud nonnunquam fieri iusserit, & alij deinde usq; ad hæc tpa cōpositionem secuti sint. BRAS. Ita esse ne dubites iccirco ab ipsis magistræales cōpositiones appellatur, ac si dixerint ab aliquibus magistris. i. crassis hoibus cōfectæ, & ab antiq; quis minime acceptæ. SE. Vnguētum hoc unde hoc nomen subtile sortitum est? BRAS. Nisi à suis pinguedine nomen acceptum sit, unde sortitum sit hoc nomen gnoramus, non enim magis penetrat, quam multa alia  
faciant

faciant unguenta ut ob hoc subtile nuncupari debeat. At compositionem quam paras referto. SE. Hæc est quã seruo compositio.

Recipe colophonix unc. II. & semis

Resinæ colatæ unc. I. & semis

Pinguedinis suis recentis unc. V.

Ceræ nouæ unc. V.

Ita uero confici debet. primo cera modico igne adhibito liquecat, ac percoletur, postea in frigidari sinatur, deinde addantur terrebinthinæ claræ, & electæ lib. II. postea omnia simul igne modico liquefiant, et unguentũ conficiatur. BRAS. Alij sunt Ferrariæ qui ex eisdẽ prorsus conficiunt, sed mel rosaceum addunt, hoc modo componentes.

Recipe colophonix unc. II. semis

Resinæ colatæ unc. I. semis

Axungix suille sine sale unc. V.

Ceræ citrinæ unc. VI.

Terebinthinæ lotæ lib. II.

Mellis ros. unc. II.

Misce, & fiat unguetum secundum artem. SE. Audiui & alios, qui ex eisdem quidem, & in eodem pondere conficiunt, sed mel rosaceum non apponunt, uerum eius loco oleum rosaceũ adiiciunt. BRAS. Huius ungueti intentio id est quod docet an oleum an mel magis conueniat. SE. Quæ autem est ipsius intentio? BRAS. Dicunt ad recentia uulnera conuenire, & ad neruorum puncturas, et dolores sedare qui his partibus cõtingũt, digerereq; mundificare, ac carnem inducere. SE. Ad sedandos dolores arbitror oleum magis conuenire quã

q̄ iiij mel



BRASAVOLI

mel. BRAS. At ad emundandum, & ad carnem inducendam mel aptius est, propterea nonnulli sunt, qui et oleum & mel unà adijciunt. SE. Hi utranq; exequuntur intentionem. BRAS. At Ferrariae sunt & alij, qui ampliore faciunt, & ex pluribus rebus compositionem: est uero hæc.

Recipe colophonie unc. II. & semis

Resinae pini unc. V. & semis

Cerae nouæ

Axungiae suillæ } Singulorum unc. V.

Terebinthinae claræ lib. II.

Olei abietini unc. semis

Pulueris betonicæ drach. III.

Olei rosati unc. II.

Misce, & fiat unguetum secundum artem. SE. Nunquã uidi betonicam, et oleum abiegnum in hanc compositionem imponi. BRAS. Post hac ita dicere non poteris, nam & prohi huius urbis pharmacopola talem seruant compositionem. uerum ad alia prosequaris, quoniam de hoc satis superq; dictum est.

S E N E X.

XV.

Mollituum unguentum hoc loco examẽ subit. BRAS. Neq; unguentum istud authorẽ certum habet, neq; eodẽ modo ubiq; fit, sed ut diuersi sunt pharmacopola, ita diuerso conficiunt modo. tu uero quem conficiendi modum seruas, & ex quibus conficis simplicibus? SE. Ego hoc quod sequitur paratum seruo.

Recipe radicum altheæ preparatæ

Fœnu græci

Seminis lini

} Sing. lib. I.

Ponatur

ponatur in aqua communi calida per dies tres, & fiant mucilagines secundum artem, & percolentur, deinde.

Recipe prædictarum mucilaginum. lib. I. & semis

Olei communis lib. VIII.

Medullæ uaccinæ colatæ. unc. VI.

Axungia suillæ absq; sale. lib. I.

Omnia simul misceantur, ad ignemq; suspendantur, & usq; ad mucilaginis consumptionem ebulliant, postea colentur, & addatur ceræ albæ quantum sufficit, et secundum artem conficiatur unguentum. BRAS. Hoc est illud quod tu seruas, sed alij sunt qui ita conficiunt, tantã olei copiam non addentes.

Recipe mucilaginis radicum altheæ

Seminum lini

Seminum fœnu græci

Olei communis lib. II.

Medullæ bouille unc. III.

Axungia suillæ lib. I.

Ceræ albæ unc. VI.

Sing. unc. VI.

Misce, & fiat unguentum secundum artem. SE. Ego potius meam probo compositionem. BRAS. Tamen plus habet olei quam ista, & nisi diceret ceræ quantum sufficit, unguentum nunquam conficeres, at leuissimum esset linimentum, tamen quicquid sit alij etiam in pondere differunt, & Ferrariæ & in alijs Italiæ urbibus ita conficiunt.

Recipe mucilaginis altheæ

Fœnu græci

Lini

Olei communis lib. I. unc. III.

Singulorum unc. III.

Medullæ

Medullæ bouis unc. VI.

Axungia colatæ sine sale lib. I.

Ceræ albæ quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum secundum artem. sunt & alij  
qui ita conficiunt solo pondere differentes.

Recipe mucilaginis althææ

Seminis lini

Fœnu græci

Olei communis lib. I. unc. IIII.

Axungia suillæ lib. I.

Ceræ albæ unc. VI.

Singulorum lib. I.

Misce, & fiat unguentum secundum artem. SE. In his  
magnam esse haud uideo differentiam. BRAS. Com-  
positionem aliam audito, quam nonnulli Ferrariæ ser-  
uant, & multi Venetijs, ac Patauij.

Recipe mucilaginis althææ

Fœnu græci

Seminis lini

Lithargyrij auri lib. II.

Terebinthinæ

Medullæ cruris uaccæ

Ceræ unc. IIII.

Iridis puluerizati unc. IIII.

Olei seminum lini lib. II. semis

Singulorum unc. VI.

Sing. unc. IIII.

Misce, & fiat unguentum secundum artem. SE. Me-  
mini me compositionem hanc cōfecisse cum puer eram,  
& hanc artem Venetijs exercere cœperam. BRAS.  
Multa alia sunt emollientia unguenta sed nō sub hoc no-  
mine apud pharmacopolas, ut est unguetum de mucila-  
ginibus

gimibus uocatum, quod emollit. SE. Quomodo conficitur? BRAS. Hoc modo apud pharmacopolas.

Recipe mucilaginis foenu graeci } Sing. lib. semis  
Seminum lini }

Misce, & simul coquantur donec spifescant, & cum coquuntur aceto semp aspergantur, deinde lithargyrii lib. semis accipiatur, & igne lento in una sesamini olei libra coquatur, postea mucilagines supra ponatur, & supra marmor ponatur, ac manu ducatur, & unguentum fiat. SENEX. Hoc est diaquilon, & ab aliquibus uocatur diaquilon sine gummi. BRASA-VOLI. Est ualde emolliens, sed de ista compositione in diachilo uerba faciemus, & unguentum de pinguedinibus adhuc ordinem deduci posset. SE. Ad quem ordinem? BRAS. Ad unguenta emollientia, licet sub nomine unguenti de pinguedinibus publice uendatur. SE. Cum ego eiusmodi unguentum in meo pharmacopolio nunquam seruauerim, quo conficitur? BRAS. Hoc modo.

Recipe olei chamamelini } Sigulorum unc. VI.  
Violacei }

Butyri recentis } Singulorum lib. I.  
Adipis gallinae }

Cera quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum secundum artem. At multa sunt unguentorum genera, quae hoc nomine emolliens unguentum ab effectu nominari possunt, uerum cum alia habeant nomina, iccirco conuenientius erit de illis sub proprijs nominibus pertractare. adest & emplastrum emolliens apud Galenum in secundo de Compositione

tione

## BRASAVOLI

tione medicamentorum per genera, ubi inscriptio est  
Aliud melinum emolliēs Diophātis, aphra nominatur.  
Recipe uisci elaborati pondo

Ceræ pondo

Resinæ terebinthinæ pondo

Chalbani unc. III.

Liquefactis utitor. SE. Illa quæ superius enumerata  
sunt mihi uidentur magis emollientia. BRAS. Ita  
profectò est. at Galenus de emolliētibus, malagmatibus  
ue ubertim egit in septimo de Compositione medicame-  
torum per genera, & multa huius generis medicamen-  
ta adducit cum antiquatū recentia. multa præterea ma-  
lagmatum genera à Paulo referūtur libro septimo, ca-  
pite decimo octauo, tñ emollientia et malagmata quæ  
bus in præsentiarum utimur, nō minus uehementia sunt,  
quam antiqua. reliquum uero est ut ad alia unguento-  
rum genera referenda te accingas.

## SENE X.

## XVI.

Iam accinctus sum, & unguentum de Calce sese offert  
considerandum. BRAS. Quem authorem habet? SE.  
Rasim. BRAS. Habet & Auicennam in quinto libro  
Fen quarta, tractatu secūdo, capite quartodecimo. SE.  
Quo illud conficit Auicenna? BRAS. Inquit, Summa-  
tur calx, & septies abluatur, donec ipsius acuitas tota  
remoueatur, deinde oleo rosaceo conquassetur, aut oleo  
oliuæ, & pauca cera, si indiget ea. SE. Cur dixit si in-  
diget ea? BRAS. Quia si medicus, & pharmacopola  
uiderint quod absq; cera inherere posset, cera non esset  
addenda. SE. Eadem compositionem & ego conficio  
sed

sed semper addo ceram, nec calcem septies tantum abluo,  
sed pluries, ut ita constet compositio quam paro.

Recipe calcis sepius lotæ unc. I.

Olei rosati quantum sufficit.

Misce, et in mortario plumbeo probe agitentur, postea  
non nihil ceræ addatur. BRAS. Multi sunt qui ceram  
non addunt, & alij ita conficiunt ut sequitur, & tanta  
quantitate.

Recipe calcis lotæ unc. VI.

Olei rosati lib. I.

Ceræ albæ unc. II

Misce. SE. Mihi potius placet ut in omnibus compo=  
sitionibus nulla adhibeatur ceræ mēsurā, sed apponatur  
quantum sufficit, quoniā (ut arbitror) duæ unc. faciēt  
ualde molle unguentum. BRAS. Immo oportet ut in  
adustionibus sit tenellum eiusmodi unguentum. sunt  
uero Ferrariæ qui ita conficiant.

Recipe calcis lotæ puluerizatae lib. I. & semis

Olei rosati unc. VI.

Ceræ albæ unc. I.

Misce. SE. Hoc non erit ualde molle, sed duriusculum  
potius euadet. BRAS. A medicis iubetur oleo ro=  
saceo semolliri, & ad illam liquiditatem perduci quæ  
conueniet, & quæ illi placuerit. uidi & nonnullos phar=  
macopolas, qui uiuam calcem accipiunt, illamq; decies  
in feruentem aquam iniiciunt, postea linteo percolant,  
& calcem ad umbram exiccant, ad ususq; seruant, nec  
unquam unguentum conficiunt, nisi cum opus est, & cū  
eo indigent, postea cū à medicis indicitur oleo rosaceo  
mifcent, ac cerā, & illico conficiunt. SE. Neq; hi mihi  
displicent.

displicent. BRASA. Non displicent, quia breui fit, at si ipse indigeres displicerent, quoniam qui combusti sunt, non habent expectandi tempus, alij sunt Ferraric qui in hac quantitate conficiunt.

Recipe olei rosacei unc. III.

Ceræ albæ

Calcis lotæ

Singul. unc. I.

Misce. SE. In sola simplicium quantitate differt.

BRAS. Alij etiam sunt qui ita parant.

Recipe calcis uiuæ bene lotæ aqua clara pluribus lotionibus quousq; amiserit acuitatem unc. I.

Olei rosati unc. III.

Misce in mortario absq; igne. SE. Hi ceram non addunt? BRASA. Non prorsus. SE. Miscentur ne alia quandoq; in hac compositione præter oleum, calcem, & ceram? BRAS. Auicenna dicit, & fortasse addantur supra ipsum chimelea, & albumen oui, & pirum uini. arbitrator uinum additum esse ad penetrandum, uel etiam quia membra roborat. cum opus est unguentum hoc liquefacere, ego semper oleo rosaceo omphacino liquefieri iubeo, cumq; tu unguentum ipsum parabis omphacino semper parato, & quamuis Auicenna conficiat quãdoq; ex oliuarum oleo, intellige immaturarũ, quãquam hoc non expresserit. SE. Nulla igitur alia præter hanc inuenitur compositio? BRAS. Altera adest apud Auicenam eodem loco, cum ait, Unguentum calcis cum modo alio. Abluatur calx ut sciuisti, idest ut superius dictum est. s. septies secundum ipsum, & fiat ex ea cum aqua foliorum siclæ, idest bletæ, & cum aqua foliorum caulis, & oleo rosaceo, & cera unguentum.

SE.

SE. Utuntur ne medici hoc unguento ad alios usus q̄ ad combusta? BRAS. Non ne est hic ipsius magnus usus? SE. Immo maximus, tamē arbitrabar & ad alia conuenire. BRAS. Conuenit etiam inflammationibus, quæ ob ignem excitatæ nō sunt, sed sponte e nostro corpe ob acutos, & calidissimos humores, quos natura per cutim emittit, prodeunt. SE. Reperitur ne apud antiquos eiusmodi compositio? BRAS. Non quod sciuerim. SE. Ad alia igitur unguentorum genera cōtemplanda accedamus. BRASA. Abre non erit, ne tempus in cassum conteratur.

S E N E X      X V I I .

Vnguentum de Gūmi helemi in examen uenit. BRASA. De hoc gummi in nostro simplicium examine copiose locuti sumus, uerum à quo authore unguentū istud accepisti? SE. Ipsius authorem ignoro. BRASA. Neq; ego unde ortū habuerit scio, arbitror fuisse medicum aliquem recētem, qui compositionem illam parauerit, postea fieri iusserit, & apud pharmacopolas dimiserit, nam raro in alijs Italiae urbibus præterquā Ferrariæ inuenitur, q̄q̄ Conciliatori attribuitur eiusmodi unguētum. SE. Immo neq; Ferrariæ pharmacopolæ omnes hoc seruant, & ut ingenue fatear diem referre nescirem, in quo uel huius unguenti semiunciam uenderim, nam pixis ita plena est, ut illam facta cōpositione reposui, nisi ob æstus, & t̄pis curriculum decreuerit. BRAS. Compositionē ipsam referto. SE. Hæc est.

Recipe resinæ pini

Ceræ citrinæ

} Singul. unc. I.

Corticum



BRASAVOLI

Corticum granatorū } Singul. unc. semis.  
 Thuris albi

Balaustiarum } Singul. drac. II.  
 Sarcocolle

Olei abiegni unc. II. & semis.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

BRAS. Mirum mihi uideretur si duo pharmacopola non euariarēt in ponderibus, nam aliqui sunt qui ita conficiunt.

Recipe olei lentiscini

Laurini

Resinæ pini

Ceræ nouæ

Olibani

Gummi helemi

} Singul. unc. VI.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

SEN. Video & in simplicibus adesse differentiam.

BRASA. Sed audias et aliam compositionem, quæ ab aliquibus huius urbis pharmacopolis seruat. SE.

Quænam est? BRAS. Hæc quam refero.

Recipe gummi helemi unc. III.

Resinæ pini unc. III.

Ceræ unc. VI.

Ammoniacci unc. II.

Terebinthinæ

Oleirosacei

} Singul. unc. III.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

SE. O magnas diuersitates, unde contingere possunt?

BRAS. Ex medicorum ignauia, qui omnia omnium pharmacopolarum composita medicamenta contempla-

ri deberent

ri deberent, & cōcordia reddere. SE. Ad te hoc spectaret, qui illustrissimi Ducis aures semper paratas habes, & si aliqui parare nolent pharmacopolæ illos ut decet punire. BRAS. Ego circa alia (ut tibi palam est) occupatus sum, tamē huic rei ordinem impositurus sum, nam ex meis discipulis duos, aut tres eligam, quibus hoc munus demandabitur, & qui diligenter curabunt, ut composita medicamenta eodem fiant ordine, et ex eisdem simplicibus in eodem pondere. SE. At ad rem nostram redeuntes, quam compositionem de gūmi helemi seruandā eligeres? BRAS. Hanc quæ sequitur.

Recipe gummi helemi unc. III.

Resinæ pini unc. III.

Corticum granatorum

Thuris albi

Balaustiarum

Sarcocollæ

Singul. unc. semis.

Olei abiegni unc. II.

Lentiscini unc. I.

Ammoniæ drach. III.

Terebinthinæ unc. II. & semis.

Olei rosacei unc. I. & semis.

Ceræ quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

SEN. Ego deinceps hoc seruabo. BRASA. Nec ab re facies.

S E N E X.

XVIII.

Defensiuum unguentum moras rupit, ut in examen ueniret. BRBS. Et hoc inconstantissimū est, optarem

r que

BRASAVOLI

que medicum tunc illud indicere, cum eo indiget, & confectum haud seruari, uerū à tuo quod paras incipiamus, quonam modo illud conficis? SE. Hoc modo.

Recipe Boli armeni

Sanguinis draconis } Singulo. unc. II.

Terræ sigillatæ }

Olei rosacei libram unam.

Ceræ uncias III.

Aceti quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum molle. BRAS. Magnam tibi in hoc unguento diuersitatem ostendam: nonnulli enim sunt, qui & Ferrariæ, et in alijs Italiae urbibus ita conficiunt.

Recipe Olei rosati unc. I. & semis.

Ceræ unc. V.

Boli armeni

Sanguinis draconis } Singu. unc. VI.

Misce. SE. Et in ponderibus diuersitas est, & in simplicium numero. BRAS. Alij præterea sunt qui hoc modo conficiunt.

Recipe olei rosacei unc. III.

Lithargyrij

Boli armeni

Ceræ modicum

} Singulor. unc. I.

Misce, & fiat unguentum, postea duo ouorū uitella addantur, & camphoræ gran. V.

Misce. SE. Neq; istud cum alijs supradictis conuenit, licet nonnulla recipiat simplicia, quæ in ipsis insunt. BRAS. Audito & hoc aliud, quod & si cum primo in simplicibus conueniat, in ponderibus tamen differt.

Recipe

Recipe sanguinis draconis }  
 Boli armeni } Sing. drach. III.  
 Terræ sigillatæ }  
 Cera scrup. VI.

Olei rosacei }  
 Aceti } Singulor. quantū sufficit.

Misce, et fiat unguentum in mortario secundum artem. SE. Nō adest cum mea, præterquam in ponderibus, differentia. BRAS. Sunt et alij qui pondera quidem uariant, cum eisdem tamen utantur simplicibus.

Recipe Olei rosacei lib. I.  
 Cera citrinæ unc. I.

Boli armeni }  
 Sanguinis draconis } Sing. un. I. & drach. III.  
 Terræ sigillatæ }

Aceti quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum secundum artem. SE. Est tantū in pondere differentia. BRAS. Alij sunt qui ita breuiter parant.

Recipe Boli armeni }  
 Sanguinis draconis } Sing. unc. II.  
 Terræ sigillatæ }

Misce, & fiat puluis subtilissimus.

Postea iubent hunc puluerem aceto, & oui uitello misceri, membroq; adhiberi. Aliqui bolum armenum tātum, ac sanguinem draconis accipiunt: Alij addunt albos corrallos, alij acatiam, & similia. SE. Maxima est in hoc tam triuiali unguento diuersitas. BRAS. Sed talis quæ non magni referat: nam in nulla harum compositionum

r ij uariatur

uariatur intentio. SE. Et quanam est huius unguenti intentio? BRAS. Illa quam ipsius nomen indicat. cum materia aliqua prohibenda est ne in aliquem defluat locum, supra illum locum hoc unguento delinitur ad illam materiam repellendam, atq; repectiendam. adde adhiberi etiam ad partes adstringendas, ne huius generis materia in locum aliquem laesum decurrat. SE. A te scire optarem quodnam defensiuum unguentum pro alijs seruandum iuberet. BRAS. Nullū prorsus, sed optarem potius, ut hi pulueres seruarentur ita cōmixti.

Recipe Boli armeni

Terræ sigillatæ

Sang. draconis, Acatie

Corallorum alborum

Scoriæ ferri

Sing. unc. I.

Misce, et fiat puluis subtilissimus: postea medicus qui defensiuo uocato uti uoluerit, statim ouorum albumine, aceto, et oleo rosaceo omphacino misceri iubeat, idq; fiat in aegri domo: At si tu confectū seruare uolueris, his pulueribus olei ros. omphacini lib. unam & sem. aceti unc. III. commisceto, et in plumbeo mortario probè agitato, postea cum eo uti uoluerit medicus, oui albumen addat, uel absq; albumine utatur. SE. Deinceps ut admonuisti seruabo. BRAS. Et ego sciam quod nam sim indicaturus cum unguētum defensiuum uocatū indixero.

S E N E X.

XIX.

Unguentum de Cornu cerui sequitur. BRAS. Arbitror te non esse inuēturū hoc unguentum in aliqua Italiae urbe, præterquā Ferrariæ. SE. Et forte nec Ferruriae

rariae praeterquam in meo pharmacopolio. BRAS. Immo et in altero est pharmacopolio à tuo, sed arbitror neque te, neque alterum illum pharmacopolam illud esse ueriditutum. SE. Ob quam rem? BRAS. Quia à nullo authore scriptum est, sed fuit medicus quidam, qui illud parari iussit, postea obiit. SE. Qui nam fuit? BRAS. Sororius meus Excellentiss. Eleonorus Sansseuerinus. SE. Memini illum me fuisse excellentiss. uirum, qui compositionem hanc me conficere iussit, & nunquam uel scrupulum uendidi, nisi cum ipse pro suis indiceret aegrotis. BRAS. Postea quam unguentum hoc in medium adduxisti, in gratiam sororij mei compositionem etiam refero. SE. Haec est compositio.

Recipe olei ros. omphacini unc. IIII.

Myrtini unc. unam & sem.

Scoriae ferri praeparatae drachm. IIII.

Ossium dactylorum combustorum	} Sing. scrup. II.
Ossium myrobalanorum indorum combustorum	

Hypocistidis	} Singul. drach. III.
Acatiae	

Cornu cerui usti

Pulueris gypsi drachm. IIII.

Glutinis piscis dissoluti in aceto nigro drach. VI.

Cerae quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

BRAS. Arbitror uirum illum & tibi, & alteri pharmacopola eandem compositionem praebuisse, tamen in pondere pharmacopola alter à tua differt compositio-

r iij ne,

ne, nam ille habet olei rosacei omphacini unc. III. & habet ofsium dactylorum combustorum, et mirobalanorum indorum combustorum Singulo. drachm. II. hinc tu contemplari debes, quomodo se habeant compositiones, quae per tot manus sint transcriptae, cum ex eodem libello receptiones sint diuersae. SE. Non ambigo unumquemque scriptorem, ex his praesertim qui ignari sunt, in transcribendis libris non mediocriter aberrare. BRASA. Propterea librorum impressio hoc boni habet, quod si semel sint probe impressi in eodem permanent statu. at his praetermissis ad alia te conferas.

SENE X.

XX.

Unguentum de Comitissa suam sedem post praedictum habet. BRAS. Potius dicendum est confusio de comitissa, quae & si illi forte contulerit comitissae, in cuius gratiam confecta fuit compositio, alijs tamen conferre non est opus, alijs inquam quibus supra modum menses profluunt. At quis est huius unguenti author? SE. Ad Gulielmum Varignanã refertur. BRAS. Verum dicis, nam de hoc agit capite uigesimo ubi de his tractat, quae à comuni natura mulierum mēstrua magis sistunt, ualet praeterea ad sistendum partum, & ad prohibendum ne foetus abortiatur, nam & author ille in comitissa ad hoc propositum unguento isto usus est, quae cum utero gereret mensium multitudine pressa fuit, immo et sanguis et aqua copiose exire coeperat, euasit tamen, & foetum in finem usque huius unguenti beneficio tulit. compositionem uero quam paras referto. SE. Haec est quae sequitur.

Recipe

Reci. corticum mediorū castanearū	}	Singul. partes æquales.
Glandium		
Arborum glandium		
Myrtillorum		
Caudæ equinæ		
Corticum fabarum		
Gallarum		
Acinorum uuarum		
Sorborum siccorum		
Mespillorum maturorum		
Radicum chelidoniæ	}	
Florū prunorū syluestriū		

Misce, & crasso modo terantur, & coquantur in aqua plantaginis, & colentur. postea Recipe ceræ quantum uis, & illā oleo myrtino dissolue, eamq; nouies cum prædicta aqua lauato, & in una quaq; lotionē noua utaris aqua, Postea

Reci. corticum mediorū castanearū	}	Sing. partē. I.
Glandium		
Arboris glandium	}	Sing. partē semis.
Cineris ossium cruris bouum		
Myrtillorum		
Acinorum uuarum	}	

Misce, & terantur, & fiat puluis. Postea

Recipe huius pulueris partes duas.

Trochiscorum de charabe partem unam.

Misceatur cum prædicta cera, & oleo myrtino, et oleo mastichino singulorū quātum sufficit, sint uero æquales partes, & fiat unguentum quo cum opus est, renes, & pecten, & circumstantes omnes partes inungantur.



BR'AS. Licet alij pharmacopola in rebus cōueniant, tamen nullus ferè est qui in ponderibus ab alio non differat, quod ut facile deprehendere possis omnes aliorum compositiones in ordinem disponam. sunt igitur alij qui ita conficiunt.

Recip. corticum medullæ castanearū

Glandium

Arboris glandium

Myrtillorum

Caudæ equinæ

Gallarum

Corticum fabarum

Acinorum labruscæ

Sorborum siccorum

Mespilorum maturorum

Radicum chelidoniæ

Foliorum prunorum syluestrium

Misce, & terantur omnia, et fiat decoctio in aqua plantaginis, quæ ad usum reseruetur, postea

Recipe olei myrtini lib. I. & unc. III.

Ceræ citrinæ lib. I. & unc. III.

Misce, & cum dicta decoctione prædicta olea lauëtur, & cera nouem uicibus, & pro dicto unguento reseruetur, postea

Recipe corticis medullæ castanearū

Arboris glandium

Spodij

Myrtillorum

Labruscæ

Trochiscorum de charabe unc. III.

Sing. unc. II. 5.

Singu. unc. I.

Olei

Olei myrtini }  
 Mastichini } Singul. lib. II. & semis.

Misce, & cum supradictis fiat unguentum.

SE. Magna est in ponderibus differentia. BRAS.  
 Sed aliam audito compositionem qua utitur pharmaco-  
 pola egregius, & ab alijs multo differentem esse perci-  
 pies. SE. Illam referto. BRAS. En referto.

Recipe Corticum medio-  
 rum castanearum.

Copularum gladium

Corticum quercus

Gallarum

Myrtillorum

Corticum fabarum

Granorum uuarum

Foliorum mespilorum

Foliorum sorborum

Radicum chelidoniae

Foliorum prunorum

Ossium dactylorum.

Thuris

Summachiorum

Sing. drach. IX.

Contundantur crasso modo, & bulliant in aqua planta-  
 ginis, & in uino cotoneorum, omnia sint lib. XVIII. et  
 bulliant ad consumptionem medietatis, deinde colentur,  
 & in colatura addantur

Olei myrtini lib. II. unc. III.

Cotoneorum lib. I. unc. I. & sem.

Mastichini unc. IX.

Cerae citrinae lib. I.

Bulliant simul, & addantur,  
 Corticum

BRASAVOLI

Corticum mediorū castanearū	}	Sing. drachm. IX.
Copularum glandium		
Corticum thuris		
Corticum quercus		
Summachiorum		
Myrtillorum	}	
Sanguinis draconis		
Sandalorum rubrorum	}	Sing. drach. IIII. & se.
Ostium dactylorum		
Ostis cruris bouis com= busti		
Corticum fabarū		

Trochiscorum de charabe sine opio drachm. XVIII.  
 Misce, & fiat unguentum. SE. Hæc est compositio à  
 prædictis ualde diuersa. BRAS. Sed et aliam audito  
 ab his etiam differentem. SE. Referto. BRAS. En.

Recipe Corticum mediorū ca= stanearam	}	
Copularum glandium		
Corticum mediorum arbo= ris glandium	}	
Myrtillorum		
Caudæ equinæ	}	Singulorum un= ciam unam et se= mis.
Corticum fabarum		
Acinorum labruscæ	}	
Sorborum immaturorū sic= corum		
Mespilorum immaturorū	}	
Radicum chelidoniæ		
Foliorum prunorū syluestriū		

Misce,

VNGVENTOR. EXAMEN. 130

Misce, & contendantur crasso modo, & bulliant in li-  
bris octo aquae plantaginis ad consumptionem medietatis,  
deinde percolentur, postea

Recipe Olei myrtillorum libras sex

Cerae uouae libram unam.

Misce, & oleum lauato, ac ceram cum praedicta deco-  
tione nouies, aquam semper remouendo. postea

Recipe corticū castanearū

Glandium

Corticū mediorum arboris glandium } Sing. unc. II.

Gallarum

Cineris osium cruris bouis unc. I.

Myrtillorum

Granorum. i. semi. labruscae } Sing. unc. I.

Sorborum siccorum

Trochiscorum de charabe unc. VIII.

Ex his fiat puluis subtilissimus, qui cum si praescripto oleo  
misceatur, & cera, et fiat unguentum. SE. Disperam si inueniri  
possit pharmacopola qui eandem praescripse cum alio compositionem  
seruet. BRASA VOLVS. Hinc perpēdere potes quomodo medici in-  
cedant, cū ignorent quam cōpositionē unus habeat phar-  
macopola, & quā alius. SE. Quid tibi uidetur de hoc  
tam mirabili unguento? BRAS. Mihi uidetur confu-  
sionem esse: neq; illis interaneis castanearum corticibus  
ullam fidem adhibeo, licet adstrictione quadam praediti  
sint: at si menses adstringere uoluerim, potioribus ute-  
rer simplicibus quā haec sint, quae compositionem istam  
ingrediuntur: mirorq; cur huius compositionis, ne dicā  
confusionis

BRASAVOLI

confusionis, author bolum armenum præterierit, & sigillatam terram, quæ præter id quod adstringit uterum, etiam roborant. & ad ampliorem huius compositionis apud pharmacopolas inconstantiam audias & quo modo alij conficiant: in multis etenim simplicibus, et in ponderibus à præscriptis differunt. SE. iam aures arrexerit.

BRAS. Ita igitur conficiunt.

Recipe Corticis mediorum arboris glandium  
 Myrtillorum  
 Caudæ equinæ  
 Gallarum  
 Corticum fabarum  
 Acinorum uuarum  
 Sorborum siccorum  
 Acinorum mespilorum immaturorum  
 Radicum chelidonie  
 Foliorum pini sylvestris

} Sing. manip. I.

Misce, & terantur, & coquantur in aqua plantaginis perfecta coctione, deinde colentur, postea

Recipe cere  
 Gallarum

} Sing. unc. VII. & sem.

Liquefiant simul, & lauentur in prædicta coctura novies, semper aquam pro singula uice innouando, postea

Recipe Corticum mediorum castanearum.  
 Arboris glandium  
 Gallarum

} Singulorum unc. II.

Cineris cruris ossis bouis  
 Myrtillorum  
 Acinorum uuarum

} Sing. unc. semis

Trochiscorum

Trochiscorum de charabe unc. II.

Olei myrtini lib. II. & semis.

Aliqui addunt oleum mastichinum. Pulverizentur tenuiter puluerizanda, & cum predicta cera prescripta decoctione lota fiat unguentum. SE. Iam nosco et quam habeat compositio hæc cum alijs diuersitatem, uerum cum tibi non placeat illam deinceps non seruiabo.

BRAS. Errabis quoniam in aliorum medicorum gratiam seruanda est, nam & si ego illa non utar, alij sunt alterius sententiæ medici, qui illam pro suis indicent egrotis. Cum pro mensibus supra modum fluentibus, et ad foetum retinendum adstrictorio indigebo ungueto statim compositione fieri curabo hac longe meliore, quæ & uterum magis respiciet, magisque roborabit, denique compositionem aliam audito, quam et nonnulli seruant. SE. referto. BRAS. En.

Recipe aquæ plantaginis } Singulor. lib. II.  
Vini cotoneorum }

Misce, postea.

Recipe corticū mediōrū castanearū	}	
Quercuum		
Gallarum perforatarum	}	
Myrtillorum		
Granorum uuarum immaturarū	}	
Foliorum mespilorum		
Foliorum sorborum siccorum	}	Sing. drach. II.
Mespilorum immaturorum		
Caudæ caballinæ	}	
Foliorum prunorum syluestrium		
Radicum chelidoniæ	}	Foliorum

Foliorum

BRASAVOLI

Foliorum pini sylvestris

Summachiorum

Ossium dactylorum

Corticum thuris

Singulorum drach. II.

Bulliant in aqua, & uino predictis ad consumptionem medietatis, deinde colentur, postea

Recipe olei mastichini unc. II.

Cotoneorum unc. III.

Myrtitorum unc. VI.

Bulliant simul in aqua, & uino decoctionis predictorum usq; ad consumptionem decoctionis, postea sequentes pulueres accipito.

Recipe corticum mediorum castanea =  
rum

Copularum glandium

Corticum mediorum quercus

Corticum thuris

Summachiorum

Nucis cyparisi

Acinorum uuarum non maturarum

Scoriae ferri in aceto infusa per diem, et noctem

Sanguinis draconis drach. I.

Sandalorum rubrorum

Ossium dactylorum

Ossium cruris bouis combustorum

Corticum fabarum

Trochiscorum de charabe sine opio unc. I.

Cerae quantum sufficit.

Misceatur omnia, & fiat unguentum secundum artem.  
SE. Iam satis superque pharmacopolarum diuersitatem  
in

in hoc unguento ostendisti. BRAS. Propterea aliud unguenti genus in examen adducito.

## S E N E X. XXI.

In meo illo inordinato ordine, unguentum Aegyptiacū uocatum sequitur. BRAS. Cur Aegyptiacum uocatur? SE. Ignoro nisi in Aegypto sit inuētū, aut ipsius inuentor Aegyptius fuerit, à Mesue illud accipio. BRAS. Compositionem referas. SE. En refero.

Recipe floris æris aur. V.

Mellis aur. XIII.

Aceti fortis aur. VII.

Et sunt q̄ addūt ei olibani masculi triti aur. II. et semissē. Miscantur omnia, & coquantur ad ignem donec spissescant. SEN. Cur à Mesue magnum appellatur?

BRAS. Non quidem ad differentiam parui, quia nullum paruum adest aegyptiacum unguētum, sed ob uires suas magnas, ita (ut arbitror) uocatur, & adeo egregie uires suas imprimat, ut à nonnullis uulnerarijs medicis caccia riso sit uocatus, quoniam cum supra ulcus ponitur, adeo infestat ut is ridendi cupiditate careat. SE.

Ad quæ ualet. BRAS. Mirum immodum ulcera sordida, & antiqua, & quæ fistulosa sunt emundat, & si in ipsis adsit demortua caro, illam probam à putredine liberat, nam et saniem exiccat. si oleum addatur, & cruda sit æris ærugo, est coloris uiridis, & non adeo clemēs ut cum excoquitur, nam tunc uiridis color in rubrum trāst, hoc ex coctura habetur. SE. Ergo hoc unguentum est mitius cum erudum erit? BRAS. Immo coctū mitius est, nam crudum plus recipit æruginis, & nō est  
ab igne



BRASAVOLI

ab igne macerata. SE. Reperitur ne apud antiquos  
eiuscemodi compositio? BRAS. Apud arabes inueni-  
tur, nã Rasis in calce capitis Diuisionum eandem refert  
cõpositionem, quæ solũ differt quò ad pòdera. SE. Cur  
uocatur unguentum de melle? BRAS. Quoniam mel  
in maxima recipit copia, & multi sunt qui decipiuntur  
mellis aur. XIII. accipiētes, cum antiquæ cõpositiones  
XIII. habeant, & ita apud Mesuẽ scriptum est. quan-  
quam & Ferraria, & Venetijs, et Patauij, et Bononiæ  
& breuibus in tota ferè Italia sint pharmacopola: qui  
compositionem in ponderibus euariant, nam aliqui ita  
conficiunt.

Recipe floris æris unc. II.

Mellis unc. XII.

Aceti fortissimi unc. III.

Misce, & bulliant ad spissitudinem mellis.

Alij mellis loco rosaceum mel accipiunt, quod improbi-  
dum non est. Alij ita conficiunt,

Recipe uiridis æris unc. VII. & semis.

Mellis lib. I. unc. IX.

Aceti fortissimi unc. X. & semis.

Misce, & simul bulliant ad perfectam cocturam. Alij  
ita parant.

Recipe mellis lib. I. unc. V.

Floris æris unc. V.

Aceti unc. VI.

Misce, & bulliant ad spissitudinẽ mellis. SE. Hi Mes-  
sue intentionem non attingunt, quã præcedentes potius  
attingebant. at illud scire pcuperem, num apud Galenũ  
uel Paulum, uel Aetium eiuscemodi inueniat cõpositio.

BRAS.

BRAS. Eadem præcise non inuenitur quod sciuerim, tamen multa mellina describit Galenus in secundo de Compositione medicamentorum per genera, quæ ustam æruginem recipiunt, & quæ huius ægyptiaci unguenti colorem nacta sunt. nō enim mellina dicuntur, quia mel recipiāt, sed à colore quem habent. præterea propè finem tertij libri de Compositione medicamentorum per genera medicamenta referuntur, quæ ægyptia uocantur, unum Andromachi, alterum Claudij Philoxeni chirurgi, & deniq; in eiusdem libri calce ægyptiacum aliud scriptum est, sed nihil habent cum hoc nostro commune. reperitur etiam aliud unguentum de melle apud nonnullos pharmacopolas. SEN. Quod nam est?

BRAS. Hoc quod sequitur à Rasi sumptum in septimo ad Almansorem, ubi de Carbunculis agit.

Recipe sarcocollæ } Singul. partes æquales.  
Mellis }

Deinde sarcocolla puluerizata cum melle misceatur, et recondatur. SE. Ego potius arbitrarer uocandū esse unguentum de sarcocolla. BRAS. Quomodo lubet uocato, cum apud nos in usu non sit, nostrum uero ægyptiacum ex Galeno colligi posset in secundo de Compositione medicamentorum per genera, ubi de Viridibus agit emplastris, quanquam istud uiride non sit, nonnulli ipsius umbram accipiunt ex 3<sup>o</sup> Methodi medendi libro.

SENE X. XXII.

Vnguentum Expertum in examen uenit. BRASA.

Quomodo illud conficis. SE. Hoc modo.

Recipe olei rosacei lib. I.

℞ Pulueris

BRASAVOLI

Pulueris lithargyrii unc. VIII.

Aceti quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

BRAS. Nonnulli appellant ipsum unguentum de lithargyrio. Alij tamen sunt Ferrariæ qui ita cōficiunt.

Recipe lithargyrii } Singulorum lib. I.  
Olei rosati }

Cerae unc. IIII.

Aceti unc. VI.

Misce, & fiat unguentum secundum artem. Alij uero ita parant.

Recipe lithargyrii argenti unc. VI.

Olei rosacei unc. XVIII.

Aceti quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum. SE. Est ne addenda cera cum aliqui illam addant, alij non addant? BRAS. Si unguentū magis inherere uolueris, ceram addito, si hoc negligas, absq; cera cōficiatur. SE. Ad quos ualet hoc unguentum affectus. BRAS. Ad multos. illo nōnunq; in puerorum scabie utor, id saltem efficit quod pruritus mitigat, potissimūq; illo utor cum intentio est pruritus mitigare, & scabiem penitus non abigere, ulceribus, superficialibus præsertim conuenit, & in quibus exiccatione indigemus, ac refrigeratione.

SENE X. XXIII.

Vnguentum igitur Dialthæa uocatū accedat. BRAS. Ab althæa nomen sortitum est, optimum est ad emolliendum cataplasma. at compositionem quam seruas refero. SE. Enrefero.

Recipe

Recipe radicū althææ lib. VI.

Seminum lini } Singulorum lib. III.  
Fœnu græci }

Scillæ lib. I. & semis.

Olei communis lib. XII.

Terebinthinæ }  
Gummi hederæ } Singulorum unc. VI.  
Galbani }

Colophonie } Sing. lib. I. & semis.  
Resinæ pini }

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

BRAS. Non possum nō irasci cum aliqua compositio  
ab authore proprio describitur, tamen pharmacopole  
in ponderibus errant. SE. Erro ne ego? BRAS.

Et maxime: quoniam Nicolaus huius compositionis au-  
thor alia sequitur pondera quàm tu retuleris. SEN.

Quid ait ille? BRAS. Hoc quod sequitur.

Recipe radicū althææ lib. II.

Seminum lini } Singulorum lib. I.  
Fœnu græci }

Scillæ lib. semis.

Olei lib. III.

Ceræ lib. I.

Terebinthinæ }  
Gummi hederæ } Singulorum unc. II.  
Chalbani }

Colophonie } Singulorum lib. semis.  
Resinæ }

Misce. SE. Iam uideo magnam esse in rerum ponderi-  
bus differentiam. BRAS. De modo autem conficien-

f ij di

## BRASAVOLI

di eiuscemodi unguentum nihil differuisti. SEN. Tu-  
 modum referas. BRAS. Hic est modus Nicolao te-  
 ste. primo autem dicit Si sambuci radix cum hoc unguē-  
 to misceatur, et cyclaminis ad uulnerum consolidationē  
 ualere, et quidam addunt butyrum, compositio uero ita  
 fiat. herbæ omnes, & radices bene abluantur, & teran-  
 tur, similiter lini semen, & scœnu græci, & scilla, & cū  
 bene trita fuerint in septem aquæ libras per tres dies in-  
 fundantur, quarto autem die super ignem ponantur, et  
 bulliant quoad inspissati fuerint; deinde paulatim in suc-  
 cum ponantur, & cum exprimere uolueris aliquantu-  
 lum aquæ feruentis ad illius uiscosi succi abstractionem  
 addatur, ex hoc succo duæ accipiuntur libræ, & in qua-  
 tuor olei libras ponantur, & ad succi consumptionem  
 ebulliant, quod tum erit cum nihil succi supernataue-  
 rit, postea una ceræ libra addatur, & cum liquefacta  
 fuerit addatur terebinthina, postea gummi hederæ con-  
 tusum, et chalbanū, & in fine addatur puluis colopho-  
 niæ, et resinæ, & cum coctum fuerit (quod tunc depre-  
 hendetur, cū gutta supra marmor posita inspissabitur)  
 ab igne remoueatur, cumq; coctum fuerit, & infrigida-  
 tum diligenter reponere. SE. Putas ne me aliter confici-  
 cere, quam à te dictum sit? BRAS. Ignoro, sed hic  
 est quem retuli conficiendi modus Nicolai, quem modū  
 qui non seruat, prorsus aberrat. Sunt nonnulli qui duas  
 non accipiunt radicem althææ libras, sed tres sumunt  
 manipulos, & ita in suis legunt compositionibus. SE.  
 Mihi potius arridet ut statuta habeant pondera. BRAS.  
 SA. Et ego semper per pondera medicamenta indico,  
 nisi forte medicamentum tale sit (ut quandoq; sunt fo-  
 menta)

menta) in quo nihil referat uel plus, uel minus horum, uel illorum simplicium addere. In reliquis uero pondus semper obseruandū uoluerim. SE. Ad quos ualet hoc unguentum affectus? BRAS. Ad pectoris dolorem ob frigiditatē excitatum, & ad pleuritim. omnes infri- gidatas partes, & desiccatas calefacit, emollit, atq; hu- mectat. ad iecur emolliēdum iecorarijs cōmiscetur me- dicamentis, & ad omnes emolliēdas durities, & ad lie- nem potissimum prædurum: tamen semper medicamen- ta his membris propria cōmisceri debent. Sunt nonnulli qui non addunt huic medicamento cerā. SE. In mea cōpositione non adest, tamen semper conscientia quadā ductus illā addidi. BRAS. Debebat esse magis liqui- dum, si quādoq; absq; cera confecisti. SE. Reperitur ne apud antiquos hoc unguentum? BRAS. Reperi- tur apud Nicolaum Alexandrinum, capite nongentesi- mo nonagesimo septimo ubi inscriptio est Vnguentum chalaesticum Dialthææ quod ad dolorem ualere dicit, et stomachi inflationes, ad omnem uiscerum duritiem, & ad eos qui ex macronoxis lassitudine laborant, & omnes dolores, neruos affectos, ad periodicas febres iuxta ignem inungendum, ad uesicæ frigiditatem supra umbilicum & pectinem impositum, ad omnia membra secundum rationem ex frigiditate laborantia. SE. Est ergo magni uigoris unguentum. At compositionem re- fert. BRAS. Ita conficit illud Alexandrinus.

Recipe aquæ sextarios quindecim

Olei lib. VI.

Radiciſ euisci lib. III.

f iij Seminis

BRASAVOLI

Seminis lini	}	Singulorum lib. II.
Foenugraeci		
Cerae	}	Singulorum lib. I.
Scillae		
Colophoniae	}	Singulorum unc. III.
Resinae		
Terebinthinae	}	Singulorum unc. III.
Chalbani		
Gummi hederæ	}	

Radices & semina per triduum aquæ infunde, quarto die lento igne in uaso æneo stagnato ad consumptionem aquæ decoque, & fortiter per linteolum cola, deinde in succi libras quatuor oleum infunde, et ad consumptionem succi decoque, iterum cola, deinde ceram adde, liquefactisq; gūmi adhibe postremū colophoniae puluerem, & resinæ, tepefactum repone ad usum. optarem ergo ut hoc ordine, hisq; ponderibus tuū dialthææ unguentum parares, atq; seruares. SE. Hoc surdo non cantauerit. BRAS. Arbitror Nicolaum Propositum ab hoc Alexandrino omnia quæ scripsit desumpsisse, ut in multis alijs planum est compositionibus, quas ad uerbū refert Propositus. At alia moliri unguentorum genera tempus iam imminet.

SENE X.

XXIII.

Vnguentum pro Scabie in meæ schedæ ordinem succedit. BRASAVOLI. Arbitror nullum esse Ferrariæ pharmacopolam, qui idem cum alio conficiat pro scabie unguētum, immo neq; Venetijs, neq; Patauij neq; Bononiæ idem est apud omnes conficiendi modus. SE. Difficile igitur erit tot unguētorum genera explicare.

BRAS.

BRAS. Non quidem difficile, sed longū, atq; prolixū  
tamen non grauabimur tot referre huius unguenti com-  
positiones quot extant apud pharmacopolas, tu uero à  
tuo incipito unguento. SE. Ego Mesue compositionē  
feruo. BRAS. Illam referto. SE. Iam refero.

Recipe axungiae unc. V.

Olei laurini

Argenti uiui

Cerae mundae

Thuris albi puluerizati

} Singulorū drach. II.

Salis communis drach. VIII

Succi plantaginis

Fumi terrae

} Ad libitum.

Ita uero confice. Ceram & axungiam nouam à sua char-  
tilagine expurgatam, et oleum laurinum in ollam pone  
cum succis, et ad ignem appende, bulliantq; donec lique-  
scant, & adde salis communis puluerem olibani, & ma-  
stiches in eadem quantitate, et bulliant usq; ad perfectā  
decoctionem, postea ab igne remoue, & adde mercuriū  
saliua extinctum, & modico olei prædicti, spatulaq;  
probe misceto, & unge manuum palmas uesperis, quan-  
do itur dormitum usq; ad octo dies. BRAS. Omnia  
unguentorum genera quæ argentum uiuum recipiunt,  
& quæ argentum sublimatum semper mihi displicuere,  
in morbis tam leuibus, ut est scabies, secus est de gallica  
scabie: nam sunt eiusmodi unguenta non tantum uehe-  
mentissima, sed & periculosissima. contēpleris tu qua  
uehementia præditum sit eiusmodi unguentum si so-  
lum palmis inūctis, à scabie quæ in pedibus est, & alijs

f iij partibus



partibus hominem liberat. SE. Arbitror esse uehementissimum unguentum illud quod à tam remotissimis partibus affectum aliquem sanat, quas nec per longum spatium attingit. BRAS. Cum eram scholasticus, & modo huc, modo illuc uagarer, scabie frequenter correptus fui, at quia nō poteram nec tantillum incōmodum illud ferre, modo uno unguento in sanitatem restitutus sum, modo alio. at quia inungi egre ferebam, propterea uti coepi axungia suilla, & argento uiuo solis, et manuum pulsus tantum mihi inungebam, sanitatiq; restituebar. tamen sunt et nonnulli Ferrariae pharmacopolæ qui sequentem parant pro scabie compositionem, quam uocant unguentum ad pulsus pro scabie.

Recipe butyri recentis lib. I.

Saponis nigri unc. VI.

Argenti sublimati unc. I. & semis

Cerussæ unc. IIII. et semis

Olei laurini

Terebinthinae

} Singulorum unc. IIII.

Itaq; cōficiunt. oleum, accipiūt, terebintinam, saponē, & butyrum, simulque dissoluunt, & cum liquefactum fuerit in mortariū inijciunt, et pulueres addunt, simulq; agitant, addendo pulueris iridis unciam semis, miscent, inungi iubēt hi pharmacopolæ manuum pulsus, et pedū iuxta ignem uesperis cum dormitū itur, tamen quicquid sit his unguentis nunquā uti debemus, nisi corpus probe prius expurgatum fuerit, & in uictu is qui inungitur probe se regat. SE. Et hoc etiam uehemens unguentū esse uidetur. BRAS. Nonnullos uidi quibus unguentorum generibus inuncti maximam materierum copiam expuere,

expuere, et eisdem gingiuae exulceratae sunt, ut illis cōtingit qui pro gallica scabie sananda inunguntur. S E.  
 Alias percurramus huius unguēti cōpositiones. B R A.  
 ut lubet, nam nonnulli sunt qui hac utuntur.

Recipe Butyri recentis lib. I. unc. IIII.

Terebinthinae lotae unc. IIII.

Olei rosacei unc. VI.

Saponis nigri unc. IX.

Cerussae } Sing. unc. III.  
 Iridis }

Argenti sublimati unc. semis.

Styracis liquidae unc. III.

Succi aranciorum unc. IIII.

Misce. S E. Idem cum praecedenti uideat esse unguētum.

B R A S. Immo si probe contempleris longe differt: sunt tamen qui simile ferē cum praecedenti faciunt: uerum in aliquo etiam differunt, nam ita conficiunt.

Recipe Butyri recentis lib. II. unc. IIII.

Saponis nigri lib. I.

Argenti sublimati unc. I. et sem.

Cerussae unc. VIII.

Iridis unc. III.

Misce, et fiat unguentum secundum artem.

Sūt alij qui ita cōficiētes, ut sequitur, à praedictis aliquo modo differunt.

Recipe Butyri recentis lib. II. unc. IIII.

Saponis nigri lib. I.

Argenti sublimati unc. II.

Cerussae unc. VIII.

Iridis puluerizati unc. III.

Styracis

BRASA VOLI

Styracis liquidæ unc. II. & sem.  
 Misce, & fiat unguentum.  
 Alij uero ita parant.  
 Recipe Butyri recentis aqua rosacea loti unc. II. et sem.  
 Pulueris ceruffæ drachm. X.  
 Olei laurini drachm. II.  
 Argenti sublimati drachm. I.  
 Salis triti drachm. I. & sem.  
 Camphoræ scrup. I.  
 Succu aranciorum quantum sufficit.  
 Misce, & fiat unguentum secundum artem.  
 Alij ita conficiunt, & seruant.  
 Recipe Butyri loti lib. I.  
 Terebinthinæ unc. II.  
 Albumina ouorum numero quatuor.  
 Salis gemmæ unc. III.  
 Iridis unc. II. & semis.  
 Ceruffæ unc. III.  
 Misce, & fiat unguentum secundum artem.  
 Alij ita conficiunt ut sequitur.  
 Recipe saponis nigri  
 Terebinthinæ } Singulor. lib. I.  
 Ceruffæ }  
 Butyri unc. IX.  
 Olei laurini } Sing. uunc. III.  
 Rosacei }  
 Cera unc. I.  
 Misce, & secundum artem fiat unguentum.  
 Alij ita conficiunt.  
 Recipe terebinthinæ lotæ unc. VIII.

Butyri

Butyri recentis unc. VI.

Salis communis unc. I.

Succi aranciorum } Singulor. numero IIII.  
 Vitella ouorum }

Ceræ albæ unc. I.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

Alij hoc seruant.

Recipe butyri recentis lib. VII.

Saponis nigri lib. III.

Argenti sublimati unc. IX.

Cerussæ pinsæ lib. II.

Pulueris iridis unc. IX.

Styracis liquidæ unc. VIII.

Olei rosacei quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

SE. Aliqui uocant hoc unguentum sancti Francisci.

BRAS. At illud sancti Francisci simul recipit & argenti iiii uncias quatuor. Alij uero & hoc seruant.

Recipe Terebinthinæ aqua rosacea lotæ unc. II.

Terræ camelli drach. III.

Cerussæ unc. I.

Lithargyrii unc. I. & sem.

Pinguedinis suis recentis unc. IIII.

Misce, & fiat unguentum in mortario absq; cera cum oleo rosaceo quantum sufficit, & aceto in pauca copia.

Si uero huic scabiei intensus sit commixtus pruritus, addunt succi plātiginis unc. III. Si uero scabies sit multum humida, & ab ea multa emanet materia additur.

Succi lapatij unc. II.

Sulphuris unc. I.

Misce

## BRASAVOLI

Misce, & præscriptum conficiatur unguentum.

Alij hoc seruant.

Recipe Saponis nigri lib. I.

Axungie suillæ unc. VI.

Helleb. nigri unc. VIII.

Sulphuris uiui unc. VI.

Salis nitri

Aluminis rochæ

usti

Salis communis

Terebinthinæ

Argenti sublimati. unc. III.

Terræ camelli. unc. IIII.

Singulorum unc. sex.

Misce, & cum oleo laurino quātum sufficit conficiatur.

SE. Vidi qui ad canes sanandos hoc uterentur unguēro.

BRASA. Tanto facilius homines in sanitatem restituet, quorum pelles sunt minus duræ. sed & alios audias ita conficientes.

Recipe olei communis lib. II.

Axungie suillæ recentis lib. II. & semis

Cerussæ

Salis communis

Terebinthinæ

Argenti uiui extincti

Argenti sublimati unc. III.

Ceræ albæ unc. V.

Singul. lib. I.

Sing. lib. semis

Misce, & fiat unguentum secundum artem. Neq; alterius pharmacopolæ unguentum præteribo, 'quanquam pauper sit.

Recipe olei laurini unc. III.

Thuris

Thuris albi }  
Cerae mundae } Singul. unc. II.

Pulueris iridis }  
Euphorbij } Singulorum unc. I. & semis

Argenti uiui saliuā mortificati unc. II.

Pinguedinis suis mundae unc. V.

Salis communis triti unc. VIII.

Succi plantaginis }  
Fumiterrae } Singulorum quantum lubet.

Misce, & fiat unguentum secundum artem. SE. Vn-  
guētū Mesue uidetur, quo pulsus inunguntur. BRAS.  
Possunt quidem pulsus inungi, & affecti in sanitatem  
restituuntur, uerum Mesue unguentum non est, quoniā  
neq; Iridis, neq; euphorbij puluerē recipit Mesue un-  
guentum. tamen te admonendum esse uolo, quod nunq̄  
seruare debeas eiusmodi unguentum, quāquam mirifice  
sanet, et pharmacopola ille qui hoc conficit unguentum  
ex ipso uiuat, nam arbitror aliud unguentum nunquam  
uendere pauperculum illum, prater istud. extant &  
alij qui hoc quod sequitur conficiunt, quod ab alijs in  
pondere saltem differt.

Recipe argenti sublimati unc. III.

Saponis nigri lib. I.

Butyri recentis lib. II. unc. III.

Cerussae puluerizatae unc. VIII.

Iridis unc. III.

Styracis liquidae unc. III.

Misce. Alij uero ita parant.

Recipe cerussae }  
Butyri } Singulorum lib. III.

Terebinthinae

## BRASAVOLI

Terebinthina } Singulorum lib. II. unc. III.  
 Salis }  
 Sublimati unc. VIII.  
 Olei communis lib. I. unc. II.

Misce, & fiat unguentum secundum artem. SE. Ignoro an tot sint Ferrariae pharmacopole, quot unguentorum genera retulisti. BRAS. Tot profecto sunt, & etiam plures, sed admiratione afficior cum tot sint, cur duo saltem, aut tres eandem non habeant compositionem, quam illae omnes mihi displiceant compositiones, quae argentum vivum recipiunt, & argentum sublimatum. propterea in scabie duplici unguentorum genere in praesentiarum utor, & semper mulieres doceo quomodo conficere debeant, ut pharmacopolis parum proficiat in hoc unguento. unum unguenti genus ex terebinthina conficio, itaque mulieres facere iubeo. Accipiant terebinthinae unc. III. quam aqua padana decies lauent, & denique aqua fumi terrae, postea vitellum unum ouorum addatur, butyri recentis unc. I. prius tamen butyrum sit aqua rosacea lotum, salis communis unc. semis, succi limonum, seu arantiorum quantum sufficit ad omnia incorporanda, & liquidiora reddenda. quandoque cum est intensior scabies, ne reperiatur, succum limonum, vel arantiorum abijci iubeo, & ipsorum loco rosaceum omphacini accipi: cum vero scabies pinguis est, & multam emittat materiam, addi iubeo

Pulveris radicum iridis }  
 Hellebori nigri } Singulorum drach. I.  
 Lithargyrii auri }

Misce. omnes hoc unguento sanantur, si ter, aut quater  
 vesperi

uesperi cum itur dormitum apud ignem inungatur, nul-  
 lusq; est, qui quinta saltē inunctione in sanitatē non re-  
 stituatur, hocq; tuto fit, absq; aliquo timore in aliquod  
 discrimen incidendi, in quod incidunt qui absq; magna  
 expurgatione, ex alijs unguentorū generibus inungun-  
 tur, quæ sublimatum, aut argentum uiuum, aut minera  
 le aliquod recipiunt. SE. Arbitror omnino esse unguē  
 tum tutissimum. BRAS. Sed & alio etiā saluberrimo  
 utur unguento quod in tribus uicibus hominem sanat, et  
 redolet. SENEX. Me illud edoceas, ni tibi graue sit  
 BRAS. Iubeo accipi sulphuris uiui unc. II. quod in le-  
 uigatissimum puluerem reducatur, postea iubeo laridū  
 recens sumi, non rancidum, neq; putridum, & quod  
 ipsius est tenue cultro abradatur, quod in tāta habeatur  
 copia ut cū sulphure misceri possit, postea in mortario  
 bene misceantur, & addantur salis drach. II. quāquam  
 & absq; sale in sanitatem restituat, deinde

Recipe serpilli recentis

Mentæ

Saluæ

Maioranæ

Singulorum unc. semis

Misce, et in eodē pinsantur mortario quoad omnia sint  
 probē mixta, et in unum corpus redacta. hoc est unguē  
 tum odoratum, quod tribus diebus in sanitatē restituit,  
 uesperi totum corpus apud ignem cum itur dormitum  
 inungendo. quandoq; ex sulphure, oleo, & sale confici  
 iubebam, sed nimis foetebat, & carnē præterea per ali-  
 quod tempus nigram reddebat. addo nonnunq; unguēto  
 illo ex herbis odoratis styracem calamitā, quamuis illo  
 non indigeat. SE. Cum essem Venetijs uidi aliquos in  
 mari



mari natantes, qui scabie liberati sunt. BRAS. Non-  
 mirum, quia aqua illa salsa est, et sal scabiei obsistit, im-  
 mo si muria sola scabiosus quispiam se lauet sanitati resti-  
 tuitur. cum essem puer memini matrem meam linimen-  
 tum pro scabie ita parasse (nunc ipsius uocabulis, et or-  
 dine utar) Recipe olei rosacei quantitatem quæ duo-  
 bus quadratibus uēdi solet, litargyrii auri quantitatem  
 quæ uno quadratē uēditur, aceti ad dimidium olei, salis  
 puluerizati cochlear unum, postea iubebat parumper  
 ebullire, quoad modice inspissaretur, tribus diebus in-  
 ungi iubebat, & sanitati restituebantur. SE. Non de-  
 bet esse ingrati odoris. BRAS. Non profectò, redolet  
 acetarium. quandoq; confici iubebat ex oleo simplici, et  
 non rosaceo. sed audias nouum modum, quo ego quādoq;  
 scabiē fugauī: iubebā singulo uesteri magnū ex lactuca  
 acetarium mihi parari, quod solum in cœna comedebā,  
 postea acetum illud quod in lance relinquebatur seru-  
 bam, & cum ibam dormitum eo me inungebam, nec (cū  
 esset æstus) calefaciebā: in quatuor alternatis diebus sa-  
 nitati restitutus sum. SE. Non est etiam prater unguē  
 torū naturā, cū oleū accipiat, acetū, et salem quæ omnia  
 scabiei conueniunt. BRAS. Alter est modus liberandi  
 se à scabie absq; inunctione, sed per solam uictus rationē  
 modice edēdo, et cibi sint potius olera frigida ī minutis-  
 si, et aceto quā carnes, & pisces, uinū bibatur dilutis-  
 simum, ego in spatio uiginti dierum à scabie euasi cum  
 hoc uictus genere. SE. Inungi potius uoluerim, quā  
 in tam tenui uictu per uiginti dies perseuerare. BRAS.  
 Adeo mihi displicebat inungi, ut nihil uideretur mole-  
 stum, modo inūctionem euitarem, nam & si odoratum  
 fuisset

fūisset unguentum inungi sumopere displicebat, & nūc  
 (si contingeret) displiceret. quandoq; illi meo unguento  
 cum herbis odoratis cinerem misceri iubeo, quādo sca=  
 bies pinguis est, et multa materia abundat. Non ambigo  
 si omnia in medium afferre tētaremus quæ ab antiquis,  
 & recentibus de scabie scripta sunt, diem potius quam  
 rei materiam defecturum.

SE N E X.

XXV.

Hanc ob causam Constrictiuum unguentum contemple=  
 mur. B R A S. De quo constrictiuo uerba facis: nā nul=  
 lus est qui unguētum ita uocatum seruet, sed omnes cum  
 indicitur, accipiunt constrictiuum uocatum puluerem,  
 de quo agemus suo loco, et ex cera, resina, et oleo unguē=  
 tum cōficiunt. S E. Ego autem loquor de unguento sto=  
 machali constrictiuo. B R A S. Illud igitur referto.  
 S E N. Ita conficitur.

Recipe corallorū rubrorū	}	Singul. drachm. IIII.
Alborum		
Sādalorum rubrorum	}	Singul. drachm. IIII.
Alborum		
Acatiæ	}	Singulor. scrup. IIII.
Nucum cyparissi		
Balaustrarum		
Myrtillorum		
Summachiorum		
Rosarum rubrarum		
Thuris	}	Sing. unc. IIII.
Mastiches		
Olei myrtini		
Cotoneorum		

Olei

BRASAVOLI

Olei rosacei } Singu. unc. II.  
 Mastichini }  
 Cerae unc. III.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

BRAS. Hoc unguentum his adhibetur qui cibum retinere non possunt, sed quicquid insumunt euomunt: nam uentriculum roborat, & retinere facit: tamen aliqui ex paucioribus, aliqui ex pluribus conficiunt simplicibus. uerum omnia huius generis unguenta ad hanc intentionem uergunt. SE. Istud autem quod retuli in usu non est. at ego solus illud conficio, quia à quodam meo amico medico frequenter indicabatur. nunc uero est adeo senio confectus ut amplius indicare nō possit: iccirco deinceps sinam ut medici suo modo indicant, neq; istud seruabo.

BRAS. Ut lubet facito.

SENE X.

XXVI.

Vnguētum pro puerorum Vermibus ad examen uenit.

BRAS. Et hoc etiam ex his est, quae adeo diuersa sunt, ut nullus ferè sit pharmacopola, qui eandem cum alio cōpositionem seruet. tu igitur compositionem quam paras referto. BRAS. Referre incipio.

Recipe olei de absynthio } Sing. unc. VIII.

Rutacei

Violacei unc. VI.

Aceti fortis lib. II.

Rutæ

Absynthij

Foliorum persicorum

Corticum granatorū

Radicum graminis

Sing. unc. II.

Misce,

Misce, & bulliant ad cōsumptionem aceti, et percolentur, deinde colaturæ addatur.

Succi absynthij	}	Singular. unc. I.
Succi foliorū persicor.		
Succi rutæ	}	Sing. unc. II.
Aloes hepaticæ		
Myrrhæ elotæ		
Corallorum rubrorum unc. I.		
Farinæ lupinorum unc. sem.		
Theriacæ unc. I.		
Fellis taurini unc. II.		
Petrolei unc. semis.		
Ceræ albæ unc. V.		

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

BRASA. Tua hæc compositio maxima est, nam ferè omnia recipit, quæ uermibus aduersantur, si brion thalassion recepisset, quod corallinam uulgus nominat, & semētīnam, ac scordeum. arbitror neminem esse Ferrariæ, qui tuam hanc conficiat, ac seruet compositionem, nam nonnulli sunt qui ita parant.

Recipe succi foliorū persicorum	}	Sing. unc. II.
Succi absynthij		
Olei communis unc. V.		
Aloes hepaticæ unc. I.		
Petrolei unc. II.		
Succi abrotani unc. VI.		

Misce, & omnia igne lento bulliant ad consumptionem medietatis, postea adde fellis taurini unc. III. misce, & fiat unguentum molle. SE. Meum est hoc uehementius. BRAS. Alij sunt qui ita breuiter parant.

t ij Recipe

BRASAVOLI

Recipe succi arantiorum drach. II.

Aloes drach. I.

Myrrhæ drach. semis.

Croci scrup. I.

Olei de absynthio unc. semis.

Misce. Vt uideo arbitraris tu unguentum quod retu-  
listi ceteris præstare, quia multa recipit simplicia, at si  
ob hoc omnibus præstaret, alij sunt pharmacopolæ qui  
aliud unguenti genus parant plura quam tuū recipiens  
simplicia, quale hoc est quod sequitur.

Recipe abrotani

Ligni aloes

Mentæ

Croci

Brioniæ

Gentianæ

Centaureæ

Tormentillæ

Florum perstcorum

Rutæ

Singulorum drach. II.

Aloes drachm. VI.

Farinæ lupinorum

Seminum caulium

Diptamni

Specierum hieræ picræ

Singul. drach. III.

Terræ sigillatæ

Summachiorum

Singul. drach. I.

Coriandrorum preparatorū

Myrtillorum

Sing. scrup. II.

Olei

Olei nardini  
 de absynthio  
 de menta  
 amygda. amararum } Sing. unc. III.

Cera modicū n̄ īc̄atur, & fiat unguentum, in fine au-  
 tem addantur fellis taurini unc. III. & simul cum alijs  
 misceātur. SE. In hoc unguento plura sunt prorsus  
 simplicia quam in meo, tamen id quod paro apud sum-  
 mos uiros in usu fuit. BRAS. Et hoc fuit à summis  
 uiris probatum, sed aliud audias quod etiam apud non  
 nullos in usu est, & plura recipit simplicia quam præ-  
 scriptum. SE. Audio. BRAS. En igitur.

Recipe olei communis lib. V.

Absynthij recentis  
 Mentæ  
 Rutæ  
 Marrubij  
 Foliorum persicorum  
 Sabina  
 Colocynthidis } Singul. drach. I.

Misce hæc omnia cum prædicto oleo & pone in solem  
 per triginta dies in uitreo uase probe obturato, postea.

Recipe huius olei unc. III.

Farina lupinorum  
 Absynthij  
 Mentæ, Rutæ  
 Marrubij  
 Foliorum persicorum  
 Sabina  
 Colocynthidis } Singul. drach. II.

t iij Fellis

Fellis taurini unc. III.

Misce omnia cū prædicto oleo, et pone iterum in solē in vitreo uase optime obturato per triginta dies, postea

Recipe huius olei unc. III.

- |                           |                     |
|---------------------------|---------------------|
| Farinæ lupinorum          | } Singul. drach. I. |
| Absynthij                 |                     |
| Mentæ                     |                     |
| Rutæ                      |                     |
| Colocynthidis             |                     |
| Aloes unc. semis.         |                     |
| Fellis taurini drach. VI. |                     |

Ceræ quantum sufficit. Misce, & fiat unguentum.

SE. Hanc simplicium repetitionem non probo, ne dicam mihi summopere displicere, arbitrorq; in tertiæ petitione abesse sabinam. BRAS. Neq; ego compositionem ipsam ualde probo. SE. Qualis est horum unguentorum usus? BRAS. Nares inunguntur, tempera, & extrinsecus gulæ initium, tamē & uenter inungi potest. immo iuxta tuum pharmacopolium alter adest pharmacopola, qui hoc aliud quod sequitur parat unguentum, cuius uis est uermes necare, & educere, tamē iubet ut prius ægroto clyster imponatur ex caprino lacte, aqua hordei, & zuccaro. SE. Si caprinum lac nō adesset, quid tunc agēdum? BRAS. Sumendum esset uaccinum, in hoc etiam casu semper uidi magis proficere mel quàm zuccarum, præsertim si fuerit espumatum, unguentum uero ita conficitur.

Recipe olei de absynthio	} Singul. unc. I.
Amyg. amararum	
Succi matricariæ unc. semis.	

Rosarum

Rosarum, Corallorum }  
 Farinæ lupinorum } Singul. drach. I.  
 Cornu cerui usti }  
 Aloes succotrini unc. II.

Cum modico ceræ fiat unguentum secundum artem,  
 è quo totus uenter inungatur, sunt & alij qui hoc quod  
 sequitur parant.

Recipe olei mastichini }  
 Citoniorum } Singul. unc. I.  
 Spicæ }  
 Myrtillorum }

Olei de absynthio }  
 Amygd. amararum }  
 Mastiches }  
 Gariophyllorum } Singul. unc. semis.  
 Labruscæ }  
 Mentæ }  
 Corallorum rubrorum }  
 Aloes hepatici }  
 Boli armeni }  
 Ceræ quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum. SE. Vnguentum istud po-  
 tius aptū uidetur ad uentriculum roborandū. BRAS.  
 Omnino & hoc facit, immo & particulatim facit, sed  
 unā uermium generationem prohibet. Alij uero sunt  
 qui unguentum quod sequitur ad lumbricos conficiunt.  
 Recipe succi mente unc. VIII.

Centaureæ minoris }  
 Santonici } Singulor. unc. I.  
 Lupinorum amarorum }  
 t iiij Gentianæ



## BRASAVOLI

Gentianæ }  
Absynthij } Sing. unc. VIII.

Aceti expressi de pane assato lib. I. unc. VIII.

Ceræ quantum sufficit

Misce, & fiat unguentum, quo tempora, pulsus, nares,  
& stomachus inungantur: uerum audias & alium phar  
macopolam ita conficientem.

Recipe succi mentæ unc. II.

Cētauræ minoris }  
Lupinorum } Sing. unc. sem.

Gentianæ }  
Absynthij } Sing. unc. I.

Seminum anethi }  
Diptamni } Sing. drachm. III.

Fellis taurini unc. I.

Aloes drachm. I. & sem.

Olei mastichini }  
de Spica } Sing. unc. II.

Aceti expressi de pane asso drach. II.

Succi aranciorum unc. I.

Ceræ albe muscatæ unc. VI.

Coquatur cera cum oleis, et cum in frigidari cœperit cæ  
tera omnia in tenuissimum puluerē redacta misceantur,  
deinde totum cum succis bulliat ad ipsorū succorum cō-  
sumptionem: in fine autem musci grana IIII. misceantur  
& molle linimentum fiat, de quo tempora inungantur,  
& portiuncula supra rotundum pānum ad oris cyathi  
magnitudinem extendatur, et supra umbilicum ligetur.  
nam cuiuscunq; generis uermes, & teretes, & cucurbi-  
tinos, & ascari les necat, atq; educit. S E. Optarem ut  
in his

in his compositionibus aliqua imponeretur meta, & oēs unius urbis pharmacopolas unam met seruare compositionem. BRAS. Immo melius esset in toto orbe eandem seruari compositionem: at nisi morte praueuiar, curabo & efficiam quòd Ferrarienses pharmacopola non erunt in compositionibus uarij, in his praesertim communibus: nam si quispiam in alicuius medici gratiam particularem quampiam compositionem conficere, & seruare uoluerit, hoc erit illi sponte concessum: ueruntamē et nonnulli sunt, q̄ ita parant hoc pro uermibus unguentū.

Recipe Cētauræ minoris }  
 Absynthij } Sing. drachm. sem.  
 Lupinorum }

Ligni aloes }  
 Corticum citri } Sing. drachm. II.  
 Diptamni }

Aloes ad pondus omnium

Succi absynthij unc. IIII.

Fellis taurini unc. II.

Ceræ quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum. SE. Quod dicitur aloes ad pondus omnium, intelligitur ne ad totius compositionis pōdus? BRAS. Non (quāquam nihil etiam referret) sed intelligitur ad pondus omnium superiorum, propterea ita explicari poterit: Aloes drachm. VII. & semis. sed & alij sunt qui ita parant.

Recipe succi persicariæ

Absynthij

Abrotani

Centaureæ

BRASAVOLI

Centaureæ minoris	}	Singul. drach. i.
Mali terræ		
Foliorum persicorum		
Foliorum lupinorum		
Radicum ebulorum		
Corticum granatorum		

Pororum non transplantatorum unc. II.

Nasturtij aquatici lib. I.

Aceti fortissimi unc. III.

Ceræ quantum sufficit. *Misce, & fiat unguentū.*  
*Alij uero ita conficiunt, ac seruant.*

Recipe Cētaureæ minoris	}	Sing. drachm. sem.
Absynthij		
Lupinorum		

Ligni aloes	}	Sing. drach. II.
Cornu cerui usti		
Diptamni		

Aloes drachm. VII. & sem.

Fellis taurini unc. I.

Ceræ unc. I. & semis.

*Misce, & fiat unguentum secundum artem.*

SE. Non me latet & hoc unguentum esse pro pulsibus  
 inungendis, naribus, et circa umbilicū. BRAS. Hec  
 tāta compositionum diuersitas adeo me deterruit, ut lo-  
 raretraxerim, nec amplius ullam aliam referre uolue-  
 rim, cum hæc quæ prædictæ sunt ad reliquas intelligere  
 das satis esse possint. SE. Tu uero quo uteris pro uer-  
 mibus unguento? BRAS. Plerunq; iubeo ut recipiatur  
 Aloes

Aloes

Myrrhæ

Pulpæ colocynthidis

} Singu. scrup. i.

Misceatur, & fiat puluis subtilissimus, qui modice bulliat in arancio, uel limone: quandoque iubeo ut taurino felli misceantur, cum febre carent, uel remissa sit, si uero intensa adsit febris, arancio uel limoni misceo.

SENE X. Iam unguentum hoc pro uermibus ad nauisam fastidio habeo. BRAS. Aliud igitur in medium afferto: scito tamen nos genus quodam rubri salis domi habere, quod statim uermes necat quos tetigerit. immo si uermis qui obierit alios tangat, & illi statim obeunt.

SE. Quo modo uocatur id genus salis? BRAS. Nisi sit rubrum Galeni nitrum, quid sit prorsus ignoro.

SENE X.

XXVII.

Vnguentum igitur Capellum contemplemur. BRAS. Cur capellum uocatur. SE. A capite (ut arbitror) quoniã uti galero (qui uulgo capello dicitur) caput tegimus, ita hoc unguento, quando opus est, caput ipsum tegimus. BRAS. Ab antiquis à capite quidẽ cephalica nominantur eiusmodi unguenta, non autem à galero. sed tuum hoc cephalicum iam referto, nam & apud diuersos pharmacopolas diuersa sunt cephalica, sicut et antiqui diuersorum cephalicorum mentionem fecere.

SE. Ego meum cephalicum adducam, quod à uiro docto confectum fuit Vincentio Crema. BRASA. Fuit profectò insignis suo tempore chirurgus, sed tandem effare. SE. En.

Recipe matris syluæ uiridis lib. i. unc. iiii.

Betonicæ unc. viii.

Olei

BRASAVOLI

Olei rosacei lib. II.

Vini rubri bocalia numero. II.

Misce, et bulliant usque ad vini consumptionem, postea percolentur, & fiat expressio, cui adde.

Ceræ citrinæ

Resinæ pini

Terebinthinæ

Singulorum lib. II.

Gummi helemi unc. VIII.

Misce. BRAS. Dispercam si una compositio ab uno fiat pharmacopola quæ eadem præcise sit cum alterius pharmacopolæ compositione SE. Prouidendū igitur est. BRASA. Prouidebimus Deo dante, sed interim audias quod cephalicum aliqui seruent Ferrariæ.

Recipe terebinthinæ unc. VI.

Resinæ pini unc. VIII.

Gummi helemi unc. II.

Ammoniæ præparati

Galbani præparati

Singul. unc. semis.

Ceræ unc. III.

Olei rosacei unc. VIII.

Momordicæ

Betonicæ

Matris syluæ

Hederæ

Verbene

Consolidæ maioris

Iuæ

Singulorum manip. III.

Misce, & omnia infundantur in phialas duas vini nigri potentis per duos dies, postea bulliant dimidia horæ parte: deinde coletur, & torculari exprimatur in uasq; reponatur

ponatur. SE. Nonnullos audiui qui Ioannis Vigonis cephalicū conficiunt, & in suis pharmocopolijs seruāt. BRAS. Non mirum quia fuit sua etate chirurgus insignis, uerūtamen & nonnulli Ferrariae ex eisdem simplicibus ex quibus tuum cephalicū parasti, suum quoq; parant, q̄ uulgo capelleto uocant, at in pondere ampliuscule differunt, nempe ita conficiunt.

Recipe pulueris matris syluae unc. III.

Betonicae unc. I.

Resinae pini

Terebinthinae

Cerae nouae

Gummi helemi unc. III.

Olei rosacei unc. VI.

Vini rubri optimi bocalia duo.

Ita uero cōficiatur. primo oleum, mater sylua, & betonica per octauae partis horae spatium simul bulliant, postea tritam ceram adde, & per spatium decimae sextae partis horae bulliant, tertio resinam adde, & per idem bulliāt spatium, quarto terebinthinam adde, & per uigesimae partis horae spatium bulliant. Deniq; gūmi helemi adde, & iterum per idem horae spatium bulliant, hocq; igne lento fiat, & absq; fumo, deinde per linteum coletur, & quod in uini superficie coagulatum reperitur diu manibus concutiatur, & in terreo uase uitreato seruetur. SE. Ab eo quod seruo minime differt, at nonnunquam mihi indixisti ut cephalicum conficerem, quod mihi uisum est satis efficax. BRAS. Immo quādoq; efficacissimum indixi, & eo usus sum, & ad ipsa corrupta ossa extrahēda. SE. Ipsius compositionem iterum

BRASAVOLI

iterum audire optarem. BRAS. Illam igitur audito.

Recipe rutæ

Salviæ

Hyssopi

Florum chamæmeli

Stœcadis

Meliloti

Rosa. rubrarū

Betonicæ

Matris syluæ

Absynthij

Libanotidis

Centaureæ minoris

Foliorum lauri

Marrubij

Singul. manip. semis.

Resinæ pini

Thuris

Guttæ ammoniaci

Colophonæ

Gummi arabici

Myrrhæ

Bdellij

Terebinthinæ uncias duas.

Ichthiocolle

Aeris squamæ

Gummi belemi

Singulorum unc. I.

Singulorum unc. semis.

Ex his ita fiat unguentum secundum artem.  
Primo herbas accipito, & in duodecim sapæ libris ad  
tertias ebullire facito, reliqua deinde secundum artem  
addantur

addatur, & coquantur. deniq; rutaceū oleum addatur, & cera, & fiat unguētum secundum artem. SE. Nos postea omnia reducimus ut ars ipsa exigit. BRAS. In capitis ulceribus unguentum hoc (liceat nunc illud unguētum uocare) mirum in modum proficit, plerosq; capite uulneratos, & in desperationem usq; positos hoc unguento in sanitatem restitui.

S E N E X. XVIII.

Vnguentum Aragon capello succedit. BRASA. A quo authore illud accipis? SE. A Nicolao Proposito in suo Antidotario, q̄ author ipse ita confici iubet.

Recipe roris marini

Maioranæ

Radici serpentariæ

Serpilli

Rutæ

Radici cucumeris asinini

Singul. unc. III. 5.

Foliorum lauri

Saluiæ

Sabinæ

Singul. drach. III.

Pulicariæ maioris, & minoris, idest helebori albi, et nigri Singulorum unc. VIII.

Bryoniæ unc. III.

Laureolæ unc. VIII.

Foliorum nepitæ

Siccidis

Mastiches

Olibani

Singulorum lib. semis.

Singulorum unc. VII.

Pyretri



BRASAVOLI

Pyretri  
 Euphorbij  
 Zingiberis  
 Piperis  
 Olei muscelini unc. semis  
 Petrolei unc. I.  
 Adipis ursini  
 Olei laurini  
 Butyri unc. III.  
 Olei communis lib. V.  
 Cerae lib. I. unc. III.

Singulorum unc. I.

Singulorum unc. III.

Herbae, & radices supradicta hora colligantur, uno, uel duabus diebus sint fortiter contusae, per septemq; dies in oleo ponantur, octavo autem die igni admoueat, & quo ad herbae destructae sint percoquantur, postea sacco uehementer colentur, & iterum hoc quod percolatum est igni admoueat, et cum bullire inceperit laurinum oleum addatur, butyrum, adeps ursinus, & cera, quae liquefacta petroleum addito, & muscelinum, postea mastichem, olibanum, gingiber, piper, pyrethrum, & euphorbium, tuncq; ab igne remoueat, & recondatur.

BRAS. Haec est ad uerbum Nicolai compositio. SE. Ad quos ualeat affectus? BRAS. Author ipse dicit ad dolorem ex frigiditate uiri, et mulieris ualere, tali modo inunctum, in oui testa primum igne calefacito, deinde superinungatur, postea calida testa patienti loco supra ponatur. SE. Nonne posset & in alia re calefieri ab oui putamine? BRAS. Posset & in pixide, & in paruo labello, sed haec non tam comode affecto loco aptari possunt, quia testa frangitur, & affecto inhaeret loco: conuenit

conuenit, & conuulſioni, & tetano, et dolori ilij, et re=  
 num tali ordine ut ſuperis dictum eſt, arthritim patien=  
 tibus prodeſt, & iſchiam, quartanarijs ſi ante acceſſio=  
 nis horam ſpina, ut dictum eſt, inungatur. SE. Quid fa=  
 cit oui teſta? BRAS. Caliditatem ſeruat, tamen ſi tu  
 inungere uolueris poteſ teſtæ oui loco calidum linteum  
 ponere, & apprime iuuabis, ego hoc unguëto utor cū li=  
 thargyrio ad illos perungendos, qui ſcabie Gallica affe=  
 cti ſunt, omneſq; proficiunt, & ſanitati reſtituuntur.  
 SE. Vnde nomen hoc ſortitum eſt hoc unguentum ut  
 Aragon uocetur. BRAS. Author inquit ita uocari,  
 ac ſi dicatur adiutorium. At ego potius arbitror à ſua  
 perennitate ita denominatum eſſe, nam diu perdurare  
 pōt ut ἀπὸ τοῦ ἀφραγέος, i. ab infracto denominatum  
 ſit, uel cum ῥάρον paruū acinum ſignificet, forte dictū  
 eſt, ῥάρον quaſi non parui & non minimi momenti un=  
 guentum. ualet deniq; ad omnes neruorum affectus à  
 cauſa frigida factos. SE. Sunt ne aliqui pharmacopolæ  
 qui aliud ſeruent unguentum Aragon ab iſto? BRAS.  
 Nullus eſt qui hoc ita conſectum non ſeruet, tamē mul=  
 tæ ſunt in ponderibus differentię & nōnullos uidi, qui  
 oleum roſaceum cum moſco loco olei moſcilini accipie=  
 bant, tu uero quid accipis? SE. Compositionem quan=  
 dam paro quam & multi alij ſeruant eodem nomine in=  
 ſignitam. ſ. oleo moſcilino. BRAS. Illam reſerto, ut  
 intelligamus quo nam modo oleum hoc conſiciatur. SE.  
 Ita ego conſicio.

Recipe olei lib. VI.

Aquæ lib. III.

## BRASAVOLI

Folij	}	Singulorum unc. I. semis.
Spicæ		
Costi		
Mastiches		
Styracis calamitæ	}	Singulorum drach. VI.
Myrrhæ		
Croci		
Casiæ lignæ		
Gariophyllorū	}	Singulorum drach. III.
Opobalsami		
Bdellij		
Nucis indæ	}	Singulorum drach. I.
Maceris		

Concutiantur simul, postea bulliāt ad aquæ cōsumptionem, & percolentur, ac seruentur. BRASA. Miras audiui de hoc nomine muscelinum ethymologias, nōnulli dicunt ita uocari ob humiditatem, quæ in tuberositatibus ulmi inuenitur, ex qua cōfici inquit. at tu in tuo oleo humiditatem hanc non posuisti, neq; muscum addidisti, hoc ob aliquos noto qui à musco muscelinum appellant, alij muscelinum nominant, quia ben id est balanum myrepsicam eo nomine nuncupāt, propterea secundum istos oleum muscelinum est oleum balaninum, sed apud authores antiquos nusquam nomē hoc muscelinum pro balano, neq; oleum muscelinum pro balanino inuenitur. Alios inueni q̄ ita ferē conficiunt, ut tu retulisti, tñ et in rebus, et in pondere aliqua adest diuersitas. SE. Quo nam modo conficiunt. BRAS. Isto

Recipe olei communis lib. VI.

Aquæ lib. III.

Folij

Folij  
Spicæ  
Costi  
Mastiches } Singulorum unc. I. semis.

Styracis calamitæ  
Crocī  
Mirrhæ  
Castiæ lignæ  
Xylobalsami } Singulorum drach. VI.

Gariophylorum  
Carpobalsami  
Bdellij } Singulorum drach. IIII.

Mucilaginis unc. I. aliter drach. I.

Nucis indicæ drach. II.

Hec omnia terantur crasso modo, & simul ad aquæ cōsumptionem bulliant, deinde colentur, & in uas probe obturatum reponantur. SE. Differentiam non uideo cum eo quod seruo. BRAS. Non quidem magna, sed aliqua adest, at hoc non magnifacio. SE. Est ne antiquus quispiam de hoc oleo locutus? BRAS. Reperitur apud Nicolaum Alexandrinum in suo de Compositione medicamentorum libro, capite septingentesimo duodecimo. SE. Ad quos conuenit affectus secundum Alexandrinum hoc oleum? BRAS. Audias quid dicat author, Optimum (inquit) ad omnē corporis frigiditatem, potissimum uētriculi, ad lateris dolorem de foris inunctum, & intro cum gingiberis galangæ, diagridij drachma una propinatū summe opitulat, stranguriosis, & coeliacis, & ad omne neruorū uitium illitum opti-

u ij me

## BRASAVOLI

me facit, miscetur, medicaminibus, epithematibus, & emplastris, quæ ad stomachi, et renum affectiones asciscuntur, ita uero illud conficit author.

Recipe olei punici lib. VIII.

Aquæ sextarios. II.

Folij

Spicæ nardi

Costi

Mastiches

Singulorum unc. III.

Styracis

Croci

Myrrhæ

Castæ

Xylocinnami

Sing. unc. I. & semis.

Gariophyllorum

Carpobalsami

Bdellij

Singulorum unc. I.

Mosci drach. VI.

Nucis indicæ drach. IIII.

Ita uero conficiatur. folium, crocum, myrrham, xylocastiam, carpobalsamum, bdellium contusa, & in aqua biduo infusa cum oleo coque usq; ad consumptionem, & post infrigidationem unius diei grauitè cola: deinde gariophyllorum, spicæ, costi, & nucis subtilissimum puluerem decoctioni adde, & in parte olei styracem, mastichen, moscum contusa immitte, iteruq; modicum ebulli, & infrigidatum diligenter reconde, usuiq; reserua, calefacit enim refrigerata membra, & debilibus robur inducit. SE. Non est ampla huius cõpositionis cū mea differentia

differentia, tamen hanc deinceps seruabo. BRASA. Compositio hæc nomen à musco contraxisse potest, quoniam illã copiose ingreditur. SE. Per punicum oleũ quid intelligere oportet. ? BRAS. Oleum oliuarum quod apud Punicos, & Aphricanos erat optimum.

SE N E X. XXIX.

Agrippæ unguentum se offert cõsiderandum. BRASA. In hoc unguento non multum differunt pharmaco polæ, nam omnes Nicolaum Propositum sequuntur qui ita conficit.

Recipe bryoniae lib. II.

Radicis ebulorum	} Singulorum unc. II.
Tribuli marini	
Radicis elaterij lib. I.	
Scillæ unc. VI.	
Iridis unc. III.	
Radicis filicis unc. II.	

Radices ter, uel quater probè abluantur, & in marmoreo mortario pistètur, & quatuor libræ olei lentiscini, uel cõmunis per duos dies addantur, at magis polleat, si per sex, uel septem permanerèt, quia calorem, & odorè, et efficaciam sibi uendicaret, tertio uero ad ignè ponantur, & tãdiu bulliant quoad emollescant, minuantur, ac frangantur: deinde in saccum ponantur, et exprimendo colentur, & cum colatum fuerit igni suspendatur, cumq; bullire incoeperit addantur unc. quindecim ceræ albissimæ, qua liquefacta ab igne deponatur, & cum infrigidatum fuerit colligito, & seruato. si radices in oleo dimittantur, unguentum efficacius euadit. SE. Ad quos ualet hoc unguentũ affectus? BRAS. A Ni-

u i ij colao

## BRASAVOLI

colao Proposito dicitur ad hydropas ualere, & ad oēs tumores in quacunq; sint corporis parte, & ad neruos cōtractos: urinam prouocat, si uenter inungatur laxat, renū doloribus ex frigida causa succurrit. SE. Est ne uerum quod Agrippa uocetur, quia Agrippa Iudaeorum Rex eo uteretur, & ob dignitatem suam nulli discipulorum suorum tradere uoluerit? BRASA. Quos discipulos habuit Agrippa? nugæ sunt gerulae, id forte est, quod Nicolaus Alexandrinus dixit in libro de Cōpositione medicamentorum capite nongentesimo nonagesimo quinto cum ait, Vnguētum Agrippæ Regis Iudaeorum, quod tanti momēti est, ut nemini subditorum cōmunicari uoluerit uiuus. SE. Ni piget quæ ab hoc authore dicuntur referto. BRAS. Ita inquit ad omnē neruorum imbecillitatem ualere ad tumores, ad totius corporis dolorem, ad uentrem induratum ad stranguriam. Recipe Bryoniae lib. VIII.

Siccidis lib. IIII.

Scilla lib. III.

Olei gleucini, & ceræ albæ quātum sufficit. radices bryoniae, & siccidis ablutas a neo cultro incide, & dies octo ī oleo repone, tertio die lēto igne coque donec herbae discedant & per sacculum fortiter cola, abiectisque herbis ceram adde, & liquata conde, & usui reserua. SE. Multa desunt in hac cōpositionē. BRAS. Arbitror potius multa esse addita à Nicolao Proposito, quæ ab Alexandrino, à quo accepit, non sunt posita. At statim Alexandrinus aliud Agrippæ unguentum refert uocatum bryonicum, & ait hoc fronti illitnm capitis medetur dolori, nephriticis, tumoribus, & doloribus ad ignem

ad ignem inunctum, stranguriam, & dysuriam prælo-  
tis renibus, & genitalibus ex decoctione apij, & mace-  
donij ad ignem inunctum sanat.

Recipe olei lib. VI.

Bryonia lib. III.

Ceræ lib. I.

Coque ut præcedens, habet enim vires similes per  
omnia. SE. Quam compositionem seruaturus sum?  
BRAS. Posteaquam compositio illa Nicolai Propositi  
in publico usu est, illam seruato.

SENE X.

XXX.

Vnguentum pro Splene suam sedem hic habet. BRAS.  
Hoc unum est ex his unguentis quæ apud diuersos phar-  
macopolas diuersa sunt, à tuo igitur incipito: q̄ seruas?  
SE. Hoc seruo quod nunc referam.

Recipe mucilaginis psyllij

Fœnu græci

Sem. lini.

Sem. cotoneorum

Althææ

Adipis gallinæ

Anseris

Anatis

Butyri recentis

Axungie suillæ absq; sale

Medulle bouis

Scolopendriæ

Tamarisci

Corticū radicū capporū

Corticū medior. fraxini

Singulorum unc. I.

Singul. unc. VI.

Sing. unc. III.

Sing. drachm. III.

u. iij. Olei



## BRASAVOLI

Olei chamæmelini unc. VI.

de capparibus unc. III.

liliorum alborum unc. II.

Ceræ quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

BRAS. Maxima pharmacopolarum pars hoc seruat: at in simplicium ponderibus differunt: & hi qui hoc unguentum rescribunt recentes, in ponderibus inter se diuersi sunt, in simplicibus uero minime differunt: tamē aliqui præter simplicia quæ enumerasti rosas addunt in scolopendriæ pōdere, & tragacantham, in mucilaginiū pondere. aliqui uero sunt Ferrariæ (licet pauci) qui hoc quod sequitur conficiunt.

Recipe Olei communis lib. VI.

Medullæ cruris bouis lib. II.

Butyri recentis lib. I.

Succi Bryoniæ

Cyclaminis

Singu. lib. II.

Misceantur, & bulliant usq; ad consumptionem succi: huic uero percolatæ rei addito.

Ceræ citrinæ unc. XVI.

Pulueris asplenij

Corticum radicum cap=  
parorum

Tamarisci

Sem. agni casti

Sing. unc. VI.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

SE. Audiui te ordinem quendam seruare in his pro sple-  
ne unguentis, & quandoq; tuas quasdam compositiones  
parauisti, quas pro nonnullis indixisti egrotis, optarem ut  
illa

illa mihi referres. BRAS. Referam modo tempus nō  
deficiat. Cum quempiam curo qui lienem tensum habeat  
cum modico dolore iubeo ut

Recipiantur olei de capparibus unc. II.

Pinguedinis anseris unc. sem.

Misce, & cum cera fiat linimentum molle, e quo calido  
lienens regio inungatur, si etiā lien sit ualde durus ab hoc  
incipio, postea ita indico.

Recipe Olei de capparibus } Sing. unc. II.  
Aceti fortissimi }

Misce, & bulliant ad consumptionē aceti. postea adde

Pinguedinis anseris } Sing. unc. sem.  
Medulla uitulina }

Misce, et cum cera fiat linimentum molle. si profecerit,  
ulterius non procedo, sin minus ita indico

Recipe Olei de capparibus } Sing. unc. II.  
liliorum alborum }

Aceti acerrimi unc. IIII.

Succi cyclaminis unc. II.

Misce, & bulliant usq; ad consumptionem succi, & ace  
ti, postea adde.

Pulueris radicū iridis }  
Galangæ } Sing. drac. I.  
Radicū capparorum }  
Citharach }

Corticū tamarisci }  
Pinguedinis anseris } Singul. unc. sem.  
Medulla uitulina }  
Butyri recentis }

Misce, et cum cera fiat linimentum molle, si profecerit,  
bene

BRASAVOLI

bene est, sin minus iubeo Recipi Vnguenti pro splene cō  
munis unc. III. Aceti unc. IIII.

Misce, & bulliant ad consumptionem aceti, et nonnun-  
quam cyclaminis succū addo: si uero hoc etiam adhibito  
nō profecerit, ad meum deuenio magnum pro splene un-  
guentum quod ita confici iubeo.

Recipe Spicæ nardi

Tamaricis  
Agni casti  
Rumicis  
Nasturtij  
Strutyion .i. condisi  
Vitis albæ  
Vitis nigræ  
Filicis  
Vrticæ  
Hederæ  
Isatidis  
Absynthij  
Hyssopi  
Tragorigani  
Pulegij  
Dictamni  
Smyrniij  
Chamædridis  
Polij  
Leucoij  
Nenupharis  
Asplenij  
Hemionitidis

Singulor. unc. semis

Rubee

Rubeæ

Betonicæ

Polemonij. i. giargæ

Periclimeni .i. matris syluæ

Xiridis

Anchusæ

Capillorum ueneris

Aceti scilitici lib. XV.

Misce, &amp; bulliant ad dimidiæ partis aceti consumptionem. postea adde

Lactis humani lib. II.

Aquæ marinæ lib. III.

Corallorum drachm. IIII.

Anisorum

Sinapis

Piperis

Iridis

Acori

Cancami. i. laccæ

Lupinorum

} Sing. unc. VI.

} Sing. unc. I.

Misce, &amp; bulliant ad cōsumptionem duarum librarum, &amp; semis, postea adde

Olei amygdalarum dulcium lib. IIII.

Olei de capparibus

balanini

liliorum alborum

} Sing. lib. II.

Succi cotoneorum

Succi lupinorum

Succi radiculæ

Succi lepidij .i. raphani

} Sing. lib. sem.

Succi

BRASAVOLI

Succi scillæ  
Succi brassicæ  
Succi cyclaminis

Mucilaginis psyllij  
Seminum lini  
Seminum fœnu græci  
Althææ

Sing. unc. II.

Omnia simul misceatur, & in toto hoc misto bis extinguantur quinquaginta libræ ferri igniti, postea adde

Visci  
Peucedani  
Ammoniâci  
Sagapeni  
Licij, Rha pontici  
Aristolochiæ  
Agarici  
Cotis  
Alcyonij

Sing. unc. III

Radicum capparorum unc. VI.

Misce, & bulliant omnia simul ad perfectam succorum, & aceti resolutionem: deinde robustiori lingula omnia commisceantur, & agitentur, postea totum hoc tepesfactum per stamineam percoletur, cui toto addatur

Pinguedinis anseris

Anatis  
Gallinæ  
Vrsi  
Tassi

Singu. unc. VI.

Butyri recentis lib. I.

Medulle

Medulle crurum u-  
tuli } Sing. unc. IIII.  
Cerui }

Misce probe omnia simul, & cum cera fiat unguentum. sit uero cera ut satis uidebitur conficienti. SE. In hac compositione nihil deesse arbitror ex his quæ ad lienem extenuandum faciunt. BRAS. Immo nihil deest ex his quæ haberi possunt. cum autem mihi magnæ displiceant medicamentorum compositiones, forte neq; hac uterer, nisi illam sexcenties expertus essem, & nūquam me fefellerit, uerum ipsam in ultimum seruo, cum alia non profecerint.

SE N E X.

XXXI.

Vnguentū igitur ad Combustos contēplemur. BRAS. Nunquam uidi tot diuersitates in his qui curantur, ut in cōbustorum præsidijs, nā nulla ferè domus est, quæ sua non habeat præsidia, & pharmacopole in hoc etiam ungueto dissidentes sunt, tu quod seruas referto. SE. Hoc ego seruo quod sequitur.

Recipe Thuris unc. IIII.

Ceræ unc. VI.

Misce. BRAS. Alij simpliciter sambucinum, & ceram accipiunt. alij uero simile unguentum parant, ut tu facis, sed acetum addunt hoc modo, et non accipiunt sambucinum oleum.

Recipe Corticum mediorum sambuci quātum uis, infundatur in acetum per tres dies, deinde bulliant, addita

Olei communis lib. I.

Ceræ nouæ unc. I.

Thuris masculi unc. I.

Bulliant ad consumptionem aceti, & percolentur. Sunt aliqui

aliqui

BRASAVOLI

aliqui Ferrariae qui cum indicitur unguentum ad combustos, unguentum de calce praebent, alij ita conficiunt.

Recipe Corticis medullae sambuci unc. II.

Bulliant in sufficiente aqua ad duarum partium consumptionem, & colentur, deinde in dicta colatura adde

Olei nucum unc. IIII.

Misce, & bulliant lentissimo igne ad superscriptae decoctionis consumptionem. postea in fine adde

Cerae novae unc. II.

Misce, & fiat unguentum SE. Vidi & qui sambucino unguento ad combustos uterentur: immo nonnulli Ferrariae cum unguentum pro combustis indicitur, statim sambucinum praebent. BRAS. At quomodo conficitur?

SE. Hoc modo, ut uidi.

Recipe Rasurae corticis medij sambuci lib. I.

Olei communis lib. II.

Bulliant ad decoctionem rasurae, deinde torculari exprime, & huic expresso adde

Thuris puluerizati unc. IIII.

Succi ramorum tenerrimorum sambuci unc. IIII.

Cerae novae unc. IIII.

Misce, & bulliant ad succi consumptionem, postea ab igne remoue, & adde onophoron unum uini albi, dimitteq; hoc unguentum semper huic uino mixtum, combustumq; locum pena inunge. Sit uero unguentum hyeme tepidum, aestate frigidum, faciet hoc unguentum ut nulla ferè sit apparitura cicatrix. BRAS. Alij sunt qui mastichen, et myrrham addunt, ita procedentes.

Recipe Corticum medullae sambuci lib. I.

Olei communis lib. II.

Simul

Simul misceantur, & ita per tres dies permaneant, postea igni suspendantur. & bulliant quoad dimidia pars sit consumpta, postea bene exprime, & adde

Ceræ citrinæ unc. III.

Thuris

Mastiche

Myrrha

} Singulorum unc. I.

Misce, & fiat unguentum secundum artem, quod albo uino pluribus uicibus lauetur. S E. Nihil est quod eodē fiat modo apud diuersos. B R A S. Nec ullus inuenitur hō alteri similis. S E. Est ne aliquis antiquus huius unguenti author? B R A S. Illud inueni apud Nicolaum Alexandrinum capite. M C C C. sui de cōpositione medicamentorum libri. S E. Est ne eodem modo confectū ut ex præcedentibus unum? B R A S. Non prorsus. S E. Huius igitur authoris (ni piget) compositionem referto. B R A S. Hæc est quæ sequitur.

Recipe olei

Sepi recentis

Tenerrimarum sambuci frondium

} Sim. unc. III.

Aquæ quod sufficit.

Sepum tritum cum oleo, & aqua solue, & frondes inditas lēto igne coque, postea in mortario omnia diu cōterendo commisce, et cola, succum uero colatum in uase collige, & reserua. S E. Dicit ne hic author unguentum hoc ad combusta ualere? B R A S. Immo authoris uerba sunt, ad aquæ calidæ adustionē cōferre, et ignis: additq; ad idem ualere decoctionem oui inunctam, & capita raparum cum decenti adipe in aqua decocta trita, et imposita multū pollere. S E. Vidi q in hyeme rapæ  
succo



## BRASAVOLI

succo usi sunt, et mire profuit. BR A. Ut superius dixi nulla domus est quæ peculiaria præsidia non habeat ad combustionem, sed mirum est præsidium, cum membrum illico combustum est, si exulceratum non sit, illico lintea supraponere aceto madefacta, & frequenter mutare. nimirum hoc frequenter causa est, ut neque excitentur ampullæ, lubeoque in illo initio oleum rosaceum omphacinum ex oui vitello combusto loco supraponi. talia in hoc casu fieri uidi, quæ risum potius uidentibus, mouere quam affectibus prodesse possint, de quibus cum de adustione agemus, et eius curatione pertractabimus. sat tibi sit unguentorum ad combustionem diuersitatem habuisse, & non solum illam quæ Ferrariæ est, sed et quæ in alijs Italiae urbibus inuenitur, ad alia igitur properato.

S E N E X.

XXII.

Unguentum Marciaton huc non segniter accedit. BRAS. Cum duo sint huius unguenti genera quod nunc conficis? SE. Illud quod à Nicolao describitur, et uocatur unguentum marciatum magnum. BRAS: Est illud quod à Martiano (ut ait) peritissimo medico nomen sumpsit, nam ab ipso inuentum fuit, et conflatum, inquit Ad capitis, pectoris, et stomachi dolorem ualeat, et frigiditatem, ad splenis duritiam, et hepatis, & ad ilij dolorem, & ad solè et ad ignem inuictum statim subuenit, paralyticis, ischiadicis nephriticis et podagricis predest, tumores reprimit, durities remollit, ad spasmo affectos, & ad typhice febricitates ualeat, & omnibus doloribus ex frigiditate uehementer medetur. At ipsius compositionem referto, ut illam contemplari possimus. SE. Hæc est quæ sequitur.

Recipe

Recipe ceræ albæ lib. II.

Olei lib. VIII.

Roris marini

Foliorum lauri

} Singulorum unc. VIII.

Rutæ unc. VII.

Tamarisci unc. VII. aliter unc. VIII.

Esbrij

Sabinæ

Balsamitæ

Elelisphaci

Ocymi

Polij

Calamenthi

Arthemistæ

Enulæ

Betonicæ

Brançæ ursinæ

Spargulæ

Herbæ uenti

Pimpinellæ

Agrimoniæ

Absynthij

Herbæ paralytis

Herbæ sanctæ mariæ

Cimarum sambuci

Crassulæ

Millefolij

Semper uiuæ

Chamedridis

Centaureæ

Sing. unc. III. & semis

x

Fragriæ

BRASAVOLI

- |                  |                    |                          |
|------------------|--------------------|--------------------------|
| Fragraria        | }                  | Sing. unc. IIII. & semis |
| Quinquefolij     |                    |                          |
| Herbæ tetræit    |                    |                          |
| Euisci radicis   | }                  | Singulorum unc. IIII.    |
| Cimini           |                    |                          |
| Myrthæ           |                    |                          |
| Fœnugræci        | unc. I. drach. II. |                          |
| Butyri           | unc. I. drach. II. |                          |
| Vrticæ           | }                  | Singulorum unc. semis.   |
| Violarum         |                    |                          |
| Papaueris nigri  |                    |                          |
| Mentæ saracenicæ |                    |                          |
| Mentæ aliæ       |                    |                          |
| Polytrici        |                    |                          |
| Lapaceoli        |                    |                          |
| Cardunceli       |                    |                          |
| Matris syluæ     |                    |                          |
| Maturellæ        |                    |                          |
| Herbæ muscatæ    |                    |                          |
| Alleluya         |                    |                          |
| Linguæ ceruinæ   |                    |                          |
| Crispule         |                    |                          |
| Camphoræ         |                    |                          |
| Styracis         |                    |                          |
| Medullæ ceruinæ  |                    |                          |
| Adipis ursini    | }                  | Singulorum unc. I.       |
| Gallinacei       |                    |                          |
| Mastiches        |                    |                          |
| Thuris           | unc. semis         |                          |
| Olei nardini     | unc. II.           |                          |

Herbæ

Herba colligatur ad dimidium mensis Maij, unoq; die, uel duobus si fieri potest ab hora tertia usq; ad meridiē, cōficitur hoc modo, herbas tritas diebus septem in optimo, & odorifero uino infunde, octauo uero die ad lentū ignem ponantur, & cum uinum aliquantulum consumi incoeperit, suprascriptum oleum addatur, & bulliant donec diminui incipiant: deinde studiose colentur, & proiectis herbis iterum supra ignem ponantur, & cum bullire incoeperint styracem appone, cūq; modicum bullierint, butyrum adde, & axungiam aliquantulum contusam, & oleum nardinum, mastichen, & olibanum, & deniq; ceram, quæ cum liquefacta fuerit semper spatula agitando ab igne remoueat, & cum coagulatum fuerit, in uase referua. BRAS. Et si compositio hæc in usu sit, tamē nunquam illam probare potui, quia calida frigidis miscet, cum hic solis indigeamus calidis, quāuis & ipse Nicolaus Alexandrinus eādē præcise in simplicibus posuerit compositionem: at in pōderibus differt. SE. Huius Alexandrini compositionem (ni pigeat) refero. BRAS. En refero.

Recipe ceræ albæ lib. IX.

Olei sextarios sex.

Roris marini

Foliorum lauri

Amaraci lib. II.

Esbrij

Sabinæ

Balsamitæ

Ocymi

Elelisphaci

} Singulo. lib. II. & semis.

} Singul. lib. I. & semis.

x ij Polij

BRASAVOLI

- Polij
- Calamenti
- Arthemisæ
- Enulæ
- Betonicæ
- Brance Vrsinæ
- Herbæ uenti
- Pimpinellæ
- Argemoniæ
- Absynthij
- Herbæ paralysis
- Herbæ sanctæ Mariæ
- Cimarum sambuci
- Herbæ crassulæ
- Semper uiuæ
- Mille folij
- Chamædridis
- Centaureæ
- Centum neruicæ
- Fragulæ
- Quinq; folij
- Herbæ tetradit
- Radicis euisci
- Cimini
- Myrrhæ
- Fœnu græci lib. semis.
- Butyri unc. V.
- Vrticæ
- Violarum
- Papaueris rubri

Singul. lib. I. & semis.

Singulorum lib. I.

Singulorum unc. III.

Mentæ

Mentæ saracena

Mentæ aliæ

Lapathioli

Polytrichi

Carduncelli

Matris syluæ

Maratri

Herbæ moscatæ

Alleluya

Linguæ ceruinæ

Crispula

Camphoratæ

Styracis

Medullæ ceruinæ

Adipis Vrsini

Gallinacei

Thuris uncias duas.

Olei nardini unc. I.

Singulorum unc. III.

Herbas tritas diebus octo in uino infunde, octavo die lento igne, penè ad cōsumptionem coque, & oleum adde, simulq; omnia tādū coque donec succi herbarū absumentur: deinde cola, et abiectis herbis styracem adhibe, & cum modicum bullierit, cerā inde, cumq; liquefacta fuerit, ab igne remoue, & puluerem admisce, & cum coagulatum fuerit uase conditum usui reserua. SEN.

Eadem est in simplicibus prorsus, at in ponderibus differt, sed quam ego seruaturus sum compositionem? BRAS. Quam uolueris seruato, nam pro meis ægrotis illam nunquam indicam, immo compositio ista facit ut Nicolaum Alexandrinum antiquum fuisse authorem

minime arbitrer. SE. Quam ob rem? BRASA. Quia multa ponit simplicia recētia, quale est herba uēti, id est cimbalaria, quæ parietibus inhaeret, & herba sanctæ Mariæ, & alia multa, quæ apud antiquos nomē sortita non sunt, tamen non ambigo Nicolaum Propositum ab hoc Alexandrino accepisse. SEN. Vt uideo prorsus accepit, in pōderibus uero aberrauit. BRAS. Immo & compositionis initium hoc ostendit, cum ait ad frigiditatem, & dolorē capitis, pectoris, & stomachi, ad scliron hepatis, & splenis, ad ilij dolorem, ad paralyticos, arthriticos, ischiadicos, nephriticos, & podagricos, et ad omnes dolores, ad tumores, duritiē, spasmus, et febrientes, ad ignem uel solem inunctum ualere. SE. Ad eadem proficere dicit Propositus, quāuis in hoc ultimo differant. BRAS. At non omnes pharmacopola hoc seruant, sed aliqui sunt qui cum indicitur unguētum marciatū, illud præbēt, quod respectu præscripti, quod magnum dicitur, paruum uocatur. SE. Quomodo cōficiunt? nam ego semper magnum seruauī. BRAS. Ita ab ipsis conficitur, & seruatur.

Recipe foliorum lauri lib. III.

Rutæ lib. II. & semis.

Amaraci lib. II.

Roris marini lib. I. & semis.

Foliorum myrti lib. I.

Floris saluiæ

Balsamitæ. i. mentæ aquaticæ

Ocymi

Butyri unc. VI.

} Singul. lib. semis.

Mastiches

Mastiches	}	Singulorum unc. I.
Styracis calamitæ		
Medullæ ceruinæ		
Adipis Vrsti		
Gallinæ		

Thuris unc. II. & semis.

Olei nardini unc. I.

Olei omphacini lib. VI.

Misce, & fiat unguentum ut in magno dictum est. SE. Fortè hæc est melior compositio. BRAS. Illam ego magis probo, quia nullas continet contradictiones.

SE. Fortè hæc est ab aliquo antiquo accepta. BRAS.

Ab eodem Nicolao Alexandrino, neq; adeo in ponderibus differt, ut præcedens facit. SE. Refer (ni pigeat) quid author ille scriptum reliquerit. BRAS. Ita dicit, Vnguentum Marciaton usuale ad podagram frigidam, siue calidã, paralyticos, arthriticos, nephriticos, ischiadicos, & ad omnia uitia, & dolores neruorum.

Recipe foliorum lauri lib. III.

Rutæ lib. II. & semis.

Amaraci lib. II.

Roris marini lib. I. & semis.

Foliorum myrti lib. I.

Esbrij. i. florum saluie	}	Singulorum unc. VI.
Balsamitæ, Ocymi		

Butyri unc. V.

Styracis

Medullæ ceruinæ	}	Singulorum unc. IIII.
Adipis Vrstini		
Gallinacei		

x iiij Mastiches



Mastiches unc. III.

Thuris unc. II. & semis.

Olei nardini unc. I.

Olei oliuarum

Cerae

} quod sufficit.

Herbas cōtusas diebus quinq; in oleo macera, sexta die lenes ad prunas tādū coque donec succus consumatur: deinde cola, & abiectis herbis medullas, & adipēs liquatas appone, & spatula exagitando, ceram adijce & liquatis puluerem terendo admisce: deinde ab igne depositis oleum nardinum infunde, & agita donec in idem corpus redigatur, postea uase conditum usui reserua. SE. Non est magna differentia huius unguenti ad illud quod (ut dixisti) nonnulli Ferrarienses pharmacopola seruant. BRAS. Hoc nihil refert, si ego marciaton unguento indigerem, optarem potius ut hoc acciperetur, q̄ magnum. At siue fiat, siue non fiat, haud magnifacio.

S E N E X.

XXXIII.

Unguentum Resinum contemplandum est. BRASA. Arbitror nullum esse unguentum magis constans isto, nam omnes idem præcise conficiunt, in hoc solum differunt, quod aliqui oleum rosaceum accipiunt, alij oleum commune, omnes uero ita conficiunt.

Recipe olei communis

Terebinthinae

Resinae pini

Cerae citrinae

} Singul. partes æquales.

Misce, & secundum artem fiat unguētum. tu uero quod oleum accipis? SE. Oleum rosaceum semper accepi. BRAS. Si rosaceum accipiatur magis redolet, tamen

apud

apud nonnullos pharmacopolas Romæ unguetum quod sequitur pro resino unguento uenditur.

Recipe Resinæ pinguis albæ & mollis unc. II.

Gummi heliæ unc. semis.

Olei rosacei unc. I.

Ceræ albæ quantum sufficit.

Misce, & cum uino albo conficiatur unguentum. SE.

Nunq̄ uidi hoc pro resino unguento seruari. BRAS. Et nullus est Ferrariæ, uel Venetijs qui ipsum conficiat pro resino unguento. Conciliator ait, Vnguentum hoc cerebrum roborare, superfluitatesq; exiccare quæ sub osse sunt absq; abrasione & ipsius ossis detractio.

SE N E X. XXXIIII.

Vnguentum Basilicon ad examen uenit. BRAS. Et sua sunt in hoc ungueto difficultates, nam aliqui Mesue basilicon seruant, alij basilicon quoddã quod magistra le uocant. SE. Quale est hoc quod dicis, nam ego semper Mesue basilicon seruau. BRASA. Et deinceps etiam seruato, sed maxima pharmacopolarũ pars hoc quod sequitur seruat.

Recipe picis naualis

Picis græcæ

Terebinthinæ

Resinæ

Olei communis

Ceræ nouæ unc. III.

Singulorum unc. VI.

Misce, & igne lento fiat unguentũ. SE. Diu est quod multos ita conficere noui, sed amplior uidetur Mesue compositio, nam ipse ita conficit, & ad parui differentiam magnum basilicon uocat.

Recipe

Recipe Cerae albae

Resinae

Sepi uaccini

Picis glutin

Olibani

Myrrhae

} Sing. partes aequales.

Olei quantum sufficit. sequitur deinde Mesue in alio. s. libro.

Cerae unc. VI.

Picis unc. III.

Alliorum singul. unc. I. & semis.

BRAS. Sunt aliqui Ferrariae qui hoc Mesue unguentum sub ponderibus quae sequuntur conficiant.

Recipe Cerae citrinae lib. I.

Picis naualis unc. VIII.

Myrrhae

Resinae pini

} Singulorum unc. IIII.

Terebinthinae unc. V.

Olei communis lib. I.

Sepi uaccini

Olibani

} Singulorum unc. IIII.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

SE. Ex tot rebus nunquam confici uidi. BRAS. Deinceps ita non dices, uerumtamen alij sunt qui ita conficiunt.

Recipe Resinae pini

Cerae citrinae

Picis naualis

Olei communis lib. II.

} Sing. lib. I.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

SE. Horum unguentum quatuor tantum recipit simpli

cia

cia. BRAS. Alij sunt qui ita ex qnq; simplicibus parāt.

Recipe picis naualis  
 Colophonæ  
 Resinæ pini  
 Olei communis  
 Cera citrinæ

} Singulor. unc. VI.

Misce. Alij ex sex simplicibus ita conficiunt.

Recipe picis naualis  
 Picis græcæ  
 Terebinthinæ  
 Resinæ  
 Olei communis  
 Cere unc. IIII.

} Singu. unc. VI.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

Alij recipiunt ceram æqualiter. Aliqui basilicon minus  
 Mesue conficiūt, et seruant. SE. Est ne illud quod qua-  
 tuor tantum recipit simplicia? BRAS. Illud inquam  
 quod ita conficitur.

Recipe Resinæ  
 Picis  
 Cera

} Singu. partes æquales

Olei quantum sufficit. SE. Maxima est in una ur-  
 be diuersitas. uix tot sunt pharmacopole, quot sunt in  
 hoc unguento diuersitates. BRAS. Reperitur & a-  
 pud Serapionē maius basilicon, & minus. maius ex qua-  
 tuor simplicibus tantum parat, iccirco illud uocat tetra-  
 pharmacum, cum tamen sit pentapharmacum, nam reci-  
 pit picem, resinam, sepum uaccinū, & oleum quantum  
 necesse est. Minus uero Serapionis basilicon idem est cū  
 minori Mesue, & apud Auicennam minus basilicon eo-  
 dem

## BRASAVOLI

dem modo confectum est, ut in Mesue reperitur. At ma-  
ius ex his conficit.

Recipe Cerae lib. I.

Picis unc. VIII.

Myrrhae

Resinae

Sing. unc. III.

Glutinis Alimbat unc. III.

Olei lib. II.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

SE. Ad quos ualeat affectus? BRAS. A Mesue dicitur  
uulneribus conferre in quibus non est calefactio. Mesue  
autem codex deprauatus est, quia affirmatiue legitur,  
quod erat negatiue legendum: & proprie ualeat in neruo-  
rum, neruosarum ue partium uulneribus: nam illa mun-  
dificat, & incarnat. Antiquum Mesue codicem legi, in  
quo scriptum erat conferre uulneribus in quibus deest  
calefactio. SE. Multi ambiguitates faciunt in illa par-  
te in qua dicit glutinis alimbat: nam aliqui uolunt esse  
nam rem solam, aliqui duas: quid censes tu? BRAS.  
Ad unguentum intentionem utrunque conuenit: propterea ar-  
bitror utrunque esse in compositione sinendum. SEN.  
Reperitur ne apud antiquos eiusmodi unguentum?  
BRAS. Immo reperitur, nam de eo Trallianus agit,  
libro primo, capite XVII. prope finem, ubi de Cepha-  
lalgia ex ictu agit, & dicit tetrapharmacum pares ha-  
bere portiones cerae, et picis, resinae, sepi taurini, aut ui-  
tulini, hoc uero tetrapharmacum est basilicon unguen-  
tum antiquorum: nam Oribasius Sardinus in libro In-  
flammationum, ubi de Aurium inflammationibus agit,  
cum nardino oleo miscet basilicon, quod tetraphar-

macum

macū uocari ait. idem præstadium adhibet in aurium do-  
 lore ex inflammatione, in primo capite tertij libri de Cō-  
 positione medicamentorum secundum locos Galenus, ubi  
 ait. Quod si inflammatio adsit, optimum ad eam phar-  
 macum unguentum nardinum, cum exiguo basilico ap-  
 pellato pharmaco infunditur: idem etiam tetrapharma-  
 cum appellatur. Ex his forte Mesue defendi posset, cum  
 in ipsius exemplaribus affirmatiue scriptum est basilicō  
 uulneribus conuenire, in quibus est calefactio: tamē ego  
 in aurium inflammatione non uterer nardino cum modi-  
 co basilico, cum plura adsint, quæ aurium inflammatio-  
 ni magis conueniunt: tamen nec uererer ista adhibere ad-  
 pus mouendum, in inflammatione potissimum aurium,  
 & in uulneribus ad mouendū pus. Vnde et AEtius libro  
 secundo, capite 150°. inquit. Et quæ induratas par-  
 tes molliunt, & quæ inflāmatas maturāt, quale est quod  
 tetrapharmachum, & quod basilicon appellatur. Vt  
 hinc colligi possit inflammationes maturare eiuscemodi  
 unguentum. Paulus libro septimo, capite decimo septi-  
 mo inquit. Basilicon tetrapharmacum, quod confici-  
 tur ē ceræ, colophonæ, picis, adipis taurini, portioni-  
 bus æqualibus, ex eisdem etiam cōfici AEtius docet. Hi  
 uero oēs à Galeno accepere: nam ille in primo de Elemen-  
 tis libro ubi illos reprehendit, qui dicebant non esse ele-  
 menta in mixto, quia non uident, inquit. Eadē ratione ne-  
 garet aliquis ex cera, resina, pice, et adipe id medicamē-  
 tum componi, quod tetrapharmacum nominatur. & in  
 primo commentario de Natura humana, sectione pri-  
 ma, idem sentiens, & idem agens, quod in præducto li-  
 bro de Elemētis inquit. Quod perinde est ac si in me-  
 dicamenta

» dicamento tetrpharmaco merã tibi ceram ostendi, aut  
 » picem, aut adipem, aut resinã postules, in eodem libro,  
 » sectione tertia, inquit. ut tetrpharmacum medicamen=  
 » tum, neq; ceram esse, neq; picem, neq; resinam, neq; adi=  
 » pem, sed unum quid aliud ab his distinctum, quod ex his  
 » est omnibus genitum, in quarto Methodo mededi libro,  
 » tetrpharmaci uim esse docet, calefacere, humectare, et  
 » celeriter pus mouere. Et in quinto etiam Methodi me=  
 » dendi de tetrpharmaco inquit. Quãdo planè multo ma=  
 » gis augere putredinẽ paucis debuit, ut pote quod sicca=  
 » re ulcus prorsus non potest, maturare plegmonem po=  
 » test. Et in 13<sup>o</sup>. Methodi medendi libro membrum ali=  
 » quod modice calefacere, & humectare uolẽs, tetrphar=  
 » maco utitur, quod rosaceo liquat, uel ubi absit, aliquo  
 » ex relaxantibus. Celsus etiam libro quinto idem tetr=  
 » pharmacum describit, ad pus mouendum: ita uero dicit.  
 » Puri autem mouendo, non aliud melius quam quod ex pi=  
 » ditissimũ est, τετραφάρμακον à græcis nominatur, ha=  
 » bet pares portiones ceræ, picis, resinæ, sepi taurini, si  
 » id non adest, uitulini: tamen adest basilicon emplastrum  
 » nigrum apud eundem Celsum. S E. Quomodo hoc con=  
 » ficitur? B R A S. Hoc modo

Recipe Panacis pondo I.

Chalbani pondo II.

Picis

Resinæ

Olei dimidium cyathi.

} Sing. pondo. X.

S E. Arbitror te posuisse descriptionem quãpiam huic  
 similẽ. B R A S. Similem forte, sed non eandem. S E.  
 Quã ergo compositionẽ sum ego seruaturus? B R A S

Quando

Quando pus mouendum est, & mediocriter calefacien-  
dum ac humectandum Galeni basilico semper utaris, Te-  
trapharmaco uocato, si uero adsint neruorum uulnera  
in quibus etiam pus mouendum sit, Mesue basilicon acci-  
pito, uerum ad nauseã de hoc ungueto iam locuti sumus.

S E N E X. XXXV.

Ob hoc unguentum de Cerussa cõtemplemur. BRAS.  
Hoc etiam unguentum album Rasis uocatur, & à uulgã-  
ribus dicitur unguento de biaca. SE. Notato tria esse  
apud pharmacopolas de cerussa unguenta. BRAS.  
Quae nam sunt? SE. Unguentum de cerussa crudum,  
unguentum de cerussa coctum, & unguentum de cerus-  
sa ad phlegma falsum, et scabiem siccam. BRAS. Re-  
feras hoc de cerussa ad falsam pituitam. SE. Iam refero.

- |                |   |                                |
|----------------|---|--------------------------------|
| Recipe cerussæ | } | Singulorum drach. VI.          |
| Lithargyrij    |   |                                |
| Plumbi usti    | } | Singulorum drach. IIII.        |
| Scoriæ argenti |   |                                |
| Mastiches      | } | Singulorum drach. II. & semis. |
| Olibani        |   |                                |
| Olei rosacei   | } | Singulorum quantum sufficit.   |
| Aceti          |   |                                |

Terantur in mortario, & prius oleum imponatur de-  
inde acetum, et absq; intermissione misceantur, modice,  
ac paulatim instillando quoad sit optime mista, si quis  
uero eo uti uoluerit, adde argenti uiui drach. V. & si  
fuerit necessarium adde ziniar drach. II. BRAS. Nõ  
adest Ferrariæ in aliquo uel antiquissimo pharmaco-  
polio eiusmodi unguentũ, et est unguentum de cerussa  
Mesue, forte uero tu illud confectum habes. SE. Im-  
mo



## BRASAVOLI

mo semel tantum ipsum parauit, sed nunquam uendidi.  
 BRAS. De crudo igitur, & cocto unguento de cerussa loquamur. SE. Crudum ita paro.

Recipe olei rosacei lib. I.

Cerussæ lotæ unc. X.

Ceræ albæ unc. VI.

Camphoræ drach. II.

Misce. BRAS. In huius etiam unguenti ponderibus magnæ sunt apud nostrates pharmacopolas differentiæ, neq; in camphoræ appositione conueniunt, nam aliqui illam adijciunt in maiori copia, alij in minori, alij neque adijciunt, audias uero has ponderum differentias, nonnulli etenim hoc modo parant.

Recipe cerussæ tenuiter puluerizatae unc. VIII.

Olei rosacei lib. I. & semis

Ceræ albæ unc. II. et semis

Misce, & fiat unguentum.

Alij uero ita conficiunt.

Recipe olei rosacei lib. I.

Cerussæ unc. VIII.

Ceræ albæ unc. III.

Misce, & fiat unguentum.

Alij hoc seruant.

Recipe olei rosacei lib. III.

Cerussæ lib. I.

Ceræ albæ unc. VIII.

Camphoræ drach. I. & semis

Albumina ouorum numero. II.

Misce, & fiat unguentum. SE. Cur prescripti camphoram non adijciunt? BRAS. Vt simpliciter sit unguentum

guentum album, & non unguentum album cū campho-  
ra, quod recentes camphoratam uocant. nonnulli uero  
ita conficiunt.

Recipe olei rosacei drach. IIII.

Ceræ albæ drach. II.

Cerussæ quantum sufficit ad inspissandum, et in fine duo  
ouorum albumina addantur. SENE X. Hi suum  
hoc unguentum singulis diebus facere debent, & non  
seruare. BRAS. Ita arbitror. immo multa sunt sim-  
plicia unguenta, quæ tunc fieri optarē cum illis quispiã  
indiget, ex Rasi uero ita confici debet.

Recipe cerussæ lotæ aqua rosacea, uel plantaginis plu-  
ribus uicibus unc. VI.

Ceræ albæ unc. III.

Olei rosacei loti lib. I.

Liquefacta cera cum oleo lento igne, ab igne remouea-  
tur baculo semper agitando, cumq; ad frigiditatem ferē  
attigerit, cerussam adijce tenuissime puluerizatã, in fi-  
ne quatuor ouorum recentium albumina adijcito, & si-  
mul miscendo probè agitato. qui deinde unguentum hoc  
camphoratū efficere cupiunt, in singula unguēti libra  
duas camphoræ drachmas optime miscendo inijciant.  
SE. Sunt ne alij authores qui unguentum hoc conficiant  
præter Rasim? BRAS. Auicenna duas habet descri-  
ptiones, in quarum unaquaq; lithargyrium ingreditur,  
prima autem compositio quam dicit ad ignis adustionē  
facere, & excoiationem

Recipit lithargyrij drach. I.

Cerussæ drach. V.

y Cera

Ceræ albæ drach. VII.

Olei rosacei unc. II.

Cera, et oleum unâ liquefiant, et cerussa, ac lithargyriū addantur, simulq; misceantur, antequam infrigidentur, & univ. oui albugo unâ iungatur. SE. Optarem etiā secundum Auicennæ compositionē audire. BRAS. Nunc audies.

Recipe cerussæ drach. IIII.

Lithargyrii drach. II.

Scoriæ argenti aur. I.

Tragacanthi drach. A.

Terantur, & setaceo cribro quatiātur, deinde recipiatur ceræ albæ unc. I. quæ cū uncijs quatuor olei rosacei liquefiat, omniaq; simul in mortario commisceātur. Serapio easdem duas de cerussa compositiones refert, at secunda in simplicibus quidem conuenit, sed in ponderibus differt. SE. Ne illam prætermittamus obsecro. BRAS. Ita ab authore scriptum est.

Recipe cerussæ plumbeæ drach. VII.

Lithargyrii drach. III.

Scoriæ argenti drach. II.

Tragacanthi drach. I.

Terantur, & setaceo cribro excernantur, & addatur ceræ albæ uncia unâ, quæ cum tribus olei rosacei uncijs liquefcat, & in mortario misceantur. SE. Sunt ne antiqui de hoc albo unguento locuti? BRAS. Galenus in primo de Compositione medicamentorum per genera, multa refert alba emplastra, quæ dicit ex argenti spumæ cerussa fieri, cur uero ex hac cerussa fiât addit uel coloris causa medici argenti spumæ cerussam ad alba emplastra

emplastra conficienda miscēt, uel ut quādam adstringenti  
 di, ac refrigerandi uim medicamento concilient, tu cum  
 otium nactus eris, alba illa Galeni emplastra legere pote-  
 ris, nullum tñ est quod his conueniat quæ superius scri-  
 pta sunt, omnibus autem albis unguentis antiqui ferè a-  
 quam miscebant. Apud Nicolaum Alexandrinū album  
 quoddam reperitur capite. MCCVIII. quod album  
 non esse certus sum, nam Recipit absynthij unc. II. At  
 unguentum de cerussa coctum quomodo paras? SEN.  
 Itaparo.

Recipe olei communis lib. II.

Cerussæ subtilis lib. I.

Coquantur lento igne donec secundum artem sit perco-  
 ctum. Aliqui sunt qui addunt ceræ albæ mūdæ unc. IIII.  
 & in globos congerunt, & seruant BRASA. Mihi  
 semper placuit ut cera adderetur. SEN. Tamen &  
 absq; cera in globos optime distribuitur. BRAS. Ad  
 alia igitur unguentorum genera te conferas.

SENE X. XXXVI.

Vnguentum de Arthanita, post illud de cerussa acce-  
 dit. BRAS. Non est in magno usu Ferraria, neq; in  
 uno, aut altero pharmacopolio illud inuenies. At cum  
 duplex sit: maius. s. & minus, multi minus conficiunt,  
 quia facilius efficitur, & cum unguentum de arthanita  
 indicitur illud præbent, etiam si à medico diceretur.  
 Recipe unguenti de arthanita maioris. SE. Hoc error  
 esse uidetur. BRAS. Neq; mediocris. SE. Ad quos  
 ualet affectus? BRASA. Ex eo inungi uentrem, &  
 sumem, & ilia, cathartici loco educere, inungi uero sto-  
 machum, uomitum excitare, uermes educere, & hydro

y ij pi

BRASAVOLI

pi conferre, aquamq; educere citrinam, adhibendumq;  
his est qui medicamentum sumere nō ualent. SE. Cu-  
ius authoris est? BRAS. Mesue illud refert ad Ale-  
xandrum, tu uero compositionem referto. SE. Hęc  
est quam refero.

Recipe succi arthanitæ. i. cyclaminis lib. III.

Olei irini lib. II.

Butyri uaccini lib. I.

Pulpæ colocynthidis unc. IIII.

Polypodij unc. VI.

Euphorbij unc. semis.

Quę terenda sunt terantur, & in succos, & olea sub-  
mergātur, & in uitriatum uas arcti orificij ponantur,  
caputq; ipsius ligetur, & per dies octo dimittatur: de-  
inde totum bulliat ebullitione una & coletur, postea  
huic colaturæ adde

Serapini aur. V.

Myrrhæ aur. II.

Prius tamen in aceto uini quātum sufficit dissoluantur,  
& omnia simul misceantur, simulq; bulliāt baculo sem-  
per agitando, hocq; fiat usq; ad succorum ferē consum-  
ptionem, tunc adde

Ceræ unc. V.

Fellis uaccini aur. V.

Ferueat cum eis quoad cera liquefiat, deinde quę sequi-  
tur in puluerem redacta misceantur.

Recipe Scammonij

Aloes

Mezereon

Colocynthidis

} Singulorum aur. V.

Euphorbij

Euphorbij aur. II.

Salis gemmæ aur. III.

Turbith aur. V.

Piperis longi

Gingiberis

Chamæmeli

} Singulorum aur. II.

Conficiantur, & administrentur. SEN. Inuenitur ne apud Alexandrum? BRAS. Per Alexandrum, Mesue Trallianum intelligere solet, ego multum quæsiui, tamen apud authorem illum compositionem hanc inuenire non potui, nescio an alium Alexandrum intellexerit Mesue, quem tamen non cognouerim. SE. Sunt ne alij qui aliter hoc unguentum conficiant, quam ego retulerim? BRAS. Multi in pöderibus differunt, si pharmacopolarum libros leges, immo hæc met compositio à Mesue in capite de Arthanita posita est, tamē in aliquo sed modico differt, mihi placeret ut tu modo citato compositionem hanc conficeres. SE. Iam confeci, & de nō nullis miror pharmacopolis, qui unguentum hoc non conficiunt, sed Bononiā mittunt ac emunt. BRASA. Et ego magis miror, quod quid sit ignorāt, propterea optarem ut omnes diligentissime conficerent, ut scirent quæ esset diligentia cōfectum, neq; conscientia remorderēt, quæ homines intrinsecus corrodit. SE. A multis audiui unguentum hoc reprehendi ueluti periculosum, quid censes tu? BRAS. De illis miror qui in illo periculū faciunt extrinsecus inungendo, secus est si per os sumeretur, immo quia nonnulli eo in clysterijs utuntur, & ego nōnunquam in pauca copia usus sum, illis cōmisceri debet. Adde medicum plerūq; frustrare, & per uentrē

y iij non

## BRASAVOLI

non educere, & hoc præsertim quando est antiquum. quicquid ab alijs dicatur ipsius usus non est uerendus, nonnunq̄ experiri uolui an cyclaminis succus idem efficeret (nam ait idem secundum Galenum efficere, quod hoc efficit unguētum) & nō solum uentrē deliniri iussi, sed & lintea madefieri, & toti supraponi uentri. tamen nec tantillum uentrem soluit, ne dum cōmouit. hi quibus hoc unguentum uentrem soluit, post semihoram circa umbilicum motiones quasdam paruas sentiunt, postea quædam parua tormina cum rugitu, & uenter cōmouetur, ac excernunt. at hoc nō fit, nisi postea quam ipsius uis ad intestina penetrauerit, illaq; commorserit, et uim expultricem ad expellēdum excitauerit. SE. Quomodo cōfectum est minus de arthanita unguentū, quod non nullos seruare dixisti? BRAS. Ita illud cōficit Mesue.

Recipe succi arthanitæ

Viscositatis quæ mulgetur ex radice filicis

Succi chamæmeli (aliter chamæcentes). i. ebulorum

Singul. unc. IX.

Succi extremitatum tamarisci drach. II.

Olei irini lib. XI.

Hyssoi humidæ drach. V.

Ammoniæ

Bdellij

Singul. drach. I. & semis.

Aceti quantum sufficit.

Ceræ citrinæ unc. VI.

Corticum radicum capparorum unc. I. & semis.

Spicæ drach. IIII.

Misce, & fiat, ut superius dictum est. s. in unguento de arthanita

VNGVENTOR. EX AMEN. 168

arthanita maiore, tamen alij sunt, qui ita Ferrariae ut sequitur parant, à præcedētibus in ponderibus solum differunt, & non in rebus.

Recipe succi arthanitæ  
 Succu uiscositatis filicis } Sing. unc. IIII. & sem.  
 Succu ebulorum }  
 Succu tamarisci unc. I.  
 Olei irini lib. I.  
 Hyssopi humidæ drach. II. & semis.  
 Ammoniaci } Singul. scrup. II. & gra. V.  
 Bdellij }  
 Cerae citrinæ unc. III.  
 Corticum radicum capparorum drach. VI.  
 Spicæ drach. I. & semis.

Aceti modicum. misce, & fiat unguentū. tamen nota & alios alia habere pondera, in compositione uero quæ ex Mesue adduxi quod legit olei irini lib. XI. corrige, & legito lib. II. SE. Cur ita retulisti? BRAS. Quia & ita in authore scriptum erat, & ita in impressis codicibus passim legebatur. SE. Placet ne ut ita cōfectum seruem? BRAS. Minime omnium, sed magnum potius seruato, ne & tu medicos decipias, cū unguentum de arthanita simpliciter indicūt, nam semper magnum intelligunt.

S E N E X. XXXVII.

Vnguentum stomachale me molestat, ut in examen accedat. BRAS. Nō sunt & in hoc minores quam in alijs unguētis differentia, nam quot sunt pharmacopola tot ferè sunt pro stomacho unguēta tu uero quod nam conficis? SE. Hoc quod refero.

ʒ iiij      Recipe



BRASAVOLI

Recipe olei cotoneorum

Nardini  
Mastichini  
De absynthio

Singulorum unc. III.

Cinnamomi  
Rosarum  
Cyperi  
Gallarum  
Gingiberis  
Piperis  
Carui  
Amidis  
Gariophyllorum  
Absynthij  
Mentæ  
Mastiches  
Maceris  
Charabe  
Ligni aloes  
Cardamomi

Singulorum drach. II.

Singulorum drach. II.

Ceræ citrine quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum secundum artem. BRAS.  
Forte tu solus es qui unguentum quod adduxisti paras, nã  
alij hoc efficiunt & seruant.

Recipe olei nardini

Mastichini  
Chamæmelini  
De menta  
De absynthio  
Olei cotoneorum unc. III.

Singulorum unc. II.

Olei

Olei rosacei unc. I. & semis

Maceris

Mastiches

Gariophyllorum

Nucis moscate

Cardamomi maioris  
minoris

Singulorum drac. II.

Galange

Ligni aloes

Corallorum rubrorum

Coriadrörũ preparatorũ

Rosarum rubrarum

Sūmitatum absynthij

Mentæ

Florum chamæmeli

Sumitatum schoeni

Sing. drac. II. & sem.

Sing. drach. I. & semis.

Omnia subtilissime conterantur, et addito modico ceræ  
fiat linimentum molle, addēdo panis ustulati prius in ace  
to infusi unc. semis. At alij sunt qui ita conficiunt.

Recipe mastiches unc. I.

Ligni aloes unc. semis

Maceris

Gariophyllorũ

Spice

Piperis albi

Cardamomi

Galæge, Cinamomi

Mentæ

Absynthij

Rosarum rubrarum

Singulorum drach. II.

Singulorum drach. V.

γ v Corallorum

A.S.  
45, nā

ei

BRASAVOLI

Corallorum rubrorum drach. VI.

Olei de absynthio

De spica

Mastichini

Ceræ albæ unc. VI.

Singulorum unc. VIII.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

Alij uero sunt qui hoc modo parant, ac seruant

Recipe olei de absynthio

Nardini

Mastichini

Singulorum unc. I.

Postea abluantur uino albo tenui odorato, & adde

Rosarum rubrarum

Corallorum

Gariophyllorum

Cinnamomi

Ligni aloes

Macis

Mentæ

Schœni

Singulorum drach. I.

Misce, et cum modico ceræ fiat unguentū secundū artē.

Alij uero ita conficiunt.

Recipe mastiches drach. IIII.

Aloes drach. III.

Macis

Gariophyllorum

Spicæ

Croci

Myrrhæ

Piperis albi

Cardamomi

Singulorum drach. I.

Galangæ

- |  |   |                       |  |
|--|---|-----------------------|--|
| Galangæ  | } |                       |  |
| Granorum paradisi  |   |                       |  |
| Cinnamomi  |   |                       |  |
| Calami aromatici   |   |                       |  |
| Florum labruscæ  | } | Singulo. drach. II.   |  |
| Mentæ  |   |                       |  |
| Succi absynthij<br>Rosarum   |   |                       |  |
| Corallorum rubrorum  |   | drach. III.           |  |
| Olei mastichini  | } | Singulorum unc. IIII. |  |
| de Spica   |   |                       |  |
| de Absynthio   |   |                       |  |
| de Cotoneis  |   |                       |  |
| Ceræ unc. IIII. & semis.   |   |                       |  |
| Misce, & fiat unguentum secundum artem. Nonnulli<br>uero sunt qui eiusmodi unguentum ita parant. |   |                       |  |
| Recipe cinnamomi   | } | Singul. unc. I.       |  |
| Gariophyllorum   |   |                       |  |
| Nucis moscatæ, Galangæ   |   |                       |  |
| Calami aromatici   |   |                       |  |
| Ligni aloes  |   |                       |  |
| Mastiches, Maceris   | } | Singulorum unc. II.   |  |
| Corallorum rubrorum  |   |                       |  |
| Rosarum rubrarum   |   |                       |  |
| Florum labruscæ  | } | Sing. lib. I.         |  |
| Absynthij, Mentæ   |   |                       |  |
| Olei rosacei   | } | Sing. lib. I.         |  |
| Mastichini, de Cotoneis  |   |                       |  |
| de Menta, de Absynthio   |   |                       |  |
| Ceræ citrinæ   |   |                       |  |

Misce

## BRASAVOLI

Misce, & fiat unguentum secundum artem. Non desunt etiam qui hoc seruant.

Recipe Mastiches unc. I.

Aloes scrup. II.

Gariophyllorum

Cinnamomi

Calami aromatici

} Singulorum scrup. III.

Aquæ rosacæ

Vini cotoneorum

} Singulorum drach. III.

Olei mastichini drach. III.

Ceræ quantum sufficit.

Misce, & fiat unguentum secundum artem.

SEN. Ex his unguentis quod nam tibi magis placet?

BRAS. Optarem ut unusquisq; medicus tunc conficeret, quando indigeret, ex quatuor, uel quinq; uel quot uoluerit simplicibus, & unguentum illius temperiei proprium esse, qui inungi debet, & nonnunquam illud magis calidum conficere, nonnunquam minus calidum, ut exigit affectus. non enim uniuscuiusq; pes uno, & eodem calciandus est calopodio, sed uni unguentū hoc erit magis calidum quam conueniat, alteri minus.

SENE X.

XXXVIII.

Hoc prætermissio, unguentum de Betonica contemplantur. BRASA. De illo in ea parte egimus, in qua de unguento uocato Capello, id est cephalico pertractauimus, nam illa quæ retulimus betonicam recipientia, sunt apud pharmacopolas unguenta de betonica. SE. Iam memini, mente uero exciderat. BRAS. Unguentum igitur aliud in medium adducito.

SENE X.

SENE X.

XXXIX.

Populeonis unguentum sese offert. BRAS. Tuum edis-  
sere quod conficis. SE. Nicolaum sequor & unguen-  
tum populeonis quod ipse parandum docet conficio, ita  
uero parat.

Recipe Oculorum populi lib. I. & semis.

- Papaueris nigri
- Foliorum mandragoræ.
- Cimarum tenerrima-  
rum rubi
- Foliorum hyoscyami
- Solatri
- Vermicularis
- Lactucæ
- Sempuiuæ, Bardanæ
- Violarum
- Umbilici ueneris

Singulor. unc. III.

Axungia suillæ sine sale recentis lib. II. aliter III. Ocu-  
li populi per se primo bene pistentur, & iterum cum a-  
xungia miscendo pistentur, & globi fiant, qui per duos  
dies dimittantur, tertio die omnes supradictæ herbæ  
colligantur, & per se probè terantur, postea cum glo-  
bis iterum pistentur, ac misceantur: globis iterum confe-  
ctis per nouem dies reseruentur, deinde globi illi frusta-  
tim in caldarium cum libra una odoriferi, & optimi ui-  
ni ponantur, & bulliant usq; ad uini cõsumptionem, ba-  
culo semper agitando: deinde hoc totum in saccum pona-  
tur, & probè exprimatur: hocq; expressum infrigidari  
fnatur. in uas deinde ad usus reponatur. BRASA.

Ad quos usus? SE. Nicolaus dicit ualere contra calorẽ  
acutæ

acuta febris, & his conferre qui dormire nequeunt, tēporibus inunctis, pulsibus, plantis manuum, & pedum hoc idem cum oleo rosaceo, uel uiolaceo mixtū super par extensum calorē mirabiliter tollit, & sudorem pro uocat, si supra umbilicum eo inungatur. BRAS. Tu hoc uerum putas? SE. Ab authore dicitur. BRAS. Tamen author non est Euangelista, quia oppositum facit, nam sudorem intus repercutit. SE. Sunt ne diuersi in hoc conficiendo unguento pharmacopola? BRAS. SA. In simplicibus conueniunt, at in pondere differunt, & cur differant miror, cum eundem habeant omnes Nicolaum. SE. Et quenam est in pondere differentia. BRAS. Hæc est, quia aliqui ita habent.  
 Recipe Oculorum populi lib. I. & semis

Foliorum papaue-  
ris nigri

Foliorum mandra-  
goræ

Cimarum tenerri-  
marum rubi.

Singulor. unc. IIII.

In reliquis pondus haud uariant. Aliqui etiam cum nonnullis impressis Nicolai codicibus duas apponunt axungie suillæ libras, alij tres. SE. Semper tres apposui. BRAS. Et maxima pharmacopolarum pars tres recipit. SEN. Est ne ex antiquis quispiam, qui de hoc unguento uerba fecerit? BRAS. SA. Si Nicolaus Alexandrinus inter antiquos numerandus est, antiquus quispiam de illo pertractauit: nam unguentum hoc conficere docet capite 1035° sui de Compositione medicamentorum libri, cum ait Vnguentum Diapöpileum ad omnes dolorē

nes, & tumores qui fiunt ex calida causa.

Recipe Oculorum populi lib. IIII.

Foliorum hyoscyami.

Foliorum cimmarum ru=  
bi tenerrimarum

Semperuiuæ

Radicis bardanæ

Cothylidonis

Lactucarum

Violarum

Sing. unc. VI.

Axungie suillæ recētis lib. VI. aliàs quantū sufficit, uel  
ueruecis loco eius bene ablutæ. Axungia & terenda cō=  
misce, iterum cum axungia conterantur, & magdaleo=  
nibus factis octo dies seruentur, & nono die ad lentum  
ignem in tenui uino coquantur, postea per sacculum co=  
lentur, & abiectis herbis nocte solida dimittatur li=  
quor, nocte quicquid coagulatum supernatauerit uase  
reconde. SE. In hac Alexādrini compositione desunt  
vermicularis, folia papaueris nigri, solatrum, & man=  
dragoræ folia. BRASA. Fortè Nicolaus Propositus  
ab Alexandrino accepit, & hæc addidit, uel ab alio au=  
thore accepit. uidi Ferrarienses mulieres, quæ populi  
flores ab his oculos uocatos in oleum iniicerent, & soli  
per totam æstatem exponerent, postea exprimerent,  
& ad somnum prouocandum seruarent. SEN. Con=  
uenit ne? BRASA. Ita conuenit ut id quod à somno  
excitat. SEN. Cur hoc? BRASA. Quia populi  
flores Galeno teste calidi sunt, an uero in tertio ordine,  
uel in primo, ut alij dicunt, calidi sint, arbitror ego in  
primo potius esse propè secundum, et præter alios Ga=  
leni



## BRASAVOLI

leni locos, quibus ostendi potest esse calidos, adest etiam  
 in quarto de Sanitate tuenda locus, nam oleo abietino.  
 hoc cōparat, & eo utitur in lassitudinibus, inquit enim  
 Galenus, Vtile sanè medicamentum est, & quod ex po-  
 puli floribus fit. Id tale est. Ex floribus populi adhuc cō-  
 riuentibus modius italicus in quindecim aut uiginti li-  
 bras fabini olei immittitur. Si id præsto non est, simile  
 aliquid præparandum oleum est. Dictum uero in præce-  
 dentibus est, simile esse quodcunque tenue est, nec ullam  
 adstringendi uim habet. Magis uero ad rem pertinebit,  
 si modice contritum ipsum florem in oleum conijcies.  
 Quod si quotidie medicamentum dimouebis, idq; potiss-  
 simum cum sol feruebit ac in domo calida repones: cele-  
 rius ita, magisq; tum qualitas populi, tum uis in oleū  
 migrabit. Itaq; post binos ternos ue menses potes flore  
 expresso atq; abiecto habere oleum, quod sine ulla mor-  
 sione per halitum digerat, idq; nihilominus, quàm abiet-  
 inum. Quinetiam ceræ & resinæ tantumdem iniijcere  
 licet, quantū paulo ante in id quod ex abiete confici dixi-  
 mus. Si quando uero humidum id quod exprimitur, cras-  
 sius uidebitur: Sat fuerit uel quintā ceræ partem adij-  
 ci, ne dum quartam. Ego uero etiam sextam me addidis-  
 se scio, ubi & oleum crassum erat effectum, & qui usu-  
 rus erat liquidiore medicamento delectabatur. Nonnul-  
 li diu macerari cum flores tum semina non ferentes, par-  
 tim ea percoquere in oleo coguntur, partim aquā inijce-  
 re: utiq; qui cautiore sunt: quò uidelicet nec torreat-  
 tur quæ sunt iniecta, nec oleum uisionem odore referat.  
 Qui uero his magis sunt curiosi, in duplicibus ij uasib;  
 coquunt hoc fit cum in lebete in quo sit aqua feruens,  
 inseritur

inferitur exiguum uasculū, in quod fundi oleum debet. cc  
 Id quod sanè nos facimus, non tamen ad semina floresue cc  
 coquendos, (quippe hac coctione minime egemus, pro= cc  
 pterea quod ea diu maceramus, ) sed tum cum in confi= cc  
 ciendo medicamento ceram, & resinas liquare in lebe= cc  
 te paramus. Qui uero celerius ea præparare cogitur, cc  
 hunc necesse est, & ut prædictum est, præcoquere, & cc  
 ne torreantur aquam, uinum ue iniicere. Atq; ad ea qui cc  
 dem de quibus nunc agitur utilior aqua est, uinum uero cc  
 ad podagricos affectus, & uno uerbo articulares. Por= cc  
 ro sufficit tantulum aquæ admisceri, quātum coquendo cc  
 totum uanescat. Is modus erit si quadruplum eius aut cc  
 quintuplum oleum sit, ergo & hæc medicamenta succos cc  
 quicunq; non admodum crassi, nec lenti in carne, cuteq; cc  
 resident euaporāt. Vt perspicue uideas oleum istud quo cc  
 multi ad somnum prouocandum utuntur, non conueni= cc  
 re quia calidum est, nec id efficere potest, secus uero est  
 de populeonis uocato unguento in quo multa frigida &  
 soporifera recipiuntur.

## S E N E X.

## XL.

Vnguentum denique pro Gallica scabie suam sedem hi<sup>c</sup>  
 habet. BRAS. Nullus est qui hoc seruet, quia unus=  
 quisq; medicus proprium pro morbo gallico parari iu=  
 bet unguentum. SE. Neq; ego seruo. At quia in phar  
 macopolijs conficitur, propterea de illo mentionem fe=  
 ci. BRAS. De ipso igitur nihil à nobis pertractan=  
 dum erit, quoniam ab unoquoque medico ut lubet fit.  
 Scis me conficere ex unguento Aragon cum pinguedi=  
 nibus, & terebinthina, & ratione temporis diuersa  
 addo

## BRASAVOLI

addo ut in aestate oleum rosaceū, & uiolaceum, in hyeme laurinum cum gummi generibus, & cum imbecille unguentū fieri iubeo, in singula unguenti libra duæ hydrargyri unciæ imponuntur, in mediocri tres, uel quatuor, in uehementissimo sex, et agri proficiunt, ac in sanitate restituuntur. At cum alio ingenio illos in sanitatem restituere possum, eo potius utor, quam hydrargyrium adhibere. cum de hoc satis dictum sit unguento alia prosequaris. SE. In Ferrariensibus pharmacopolijs tot sunt quot retuli, & non plura, nisi quis in alicuius medici gratiam unum uel alterum genus seruauerit. BRAS. Domum igitur redeamus, ut cœnemus. SE. Nondum cœnæ hora incumbit, at interim de Ceratis uerba facere poterimus. BRAS. Id efficiemus si uescam prius exonerauero. SEN. En matulam affero, exonera ut lubet, interim cerata colligam quæ paucissima sunt in pharmacopolijs, postea de emplastris agemus, quoniam & ipsa haud sunt in magna copia, immo ab re non esset si de emplastris unâ ac ceratis uerba faceremus. BRAS. Ut lubebit fiet.

Vnguentum

Vnguenta apud antiquos qualia	I
Vnguenta quomodo à Græcis uocentur, & cur	II
Vnguentum Rosaceum	III
Vnguentum Infrigidans Galeni	IIII
Vnguentum de Nenuphare citrino	V
Vnguentum Sandalinum	VI
Vnguentum de Semper uiua	VII
Vnguentum de Plumbo	VIII
Vnguentum de Minio	IX
Vnguentum Apostolorum	X
Vnguentum Pectorale	XI
Vnguentum Digestiuum	XII
Vnguentum Mundificatiuum	XIII
Vnguentum Subtile	XIIII
Vnguentum Mollitiuum	XV
Vnguentum de Calce	XVI
Vnguentum de Gummi helemi	XVII
Vnguentum Defensiuum	XVIII
Vnguentum de Cornu cerui	XIX
Vnguentum de Comitissa	XX
Vnguentum AEgyptiacum	XXI
Vnguentum Expertum	XXII
Vnguentum de Dialthæa	XXIII
Vnguentum pro Scabie	XXIIII
Vnguentum Constrictiuum	XXV
Vnguentum pro Vermibus puerorum	XXVI
Vnguentum Capellum	XXVII
Vnguentum Aragon	XXVIII
Vnguentum Agrippæ	XXIX
Vnguentum pro Splene	XXX

Vnguentum

I N D E X

Vnguentum ad Combustos	XXXI
Vnguentum Marciaton	XXXII
Vnguentum Resinum	XXXIII
Vnguentum Basilicon	XXXIII
Vnguentum de Cerussa	XXXV
Vnguentum de Arthanita	XXXVI
Vnguentum stomachale	XXXVII
Vnguentum de Betonica	XXXVIII
Vnguentum Populeonis	XXXIX
Vnguentum pro Gallica scabie	XL